1.

# IOANNIS LVDOVICI CHARTARII BONONIENSIS

*MEDICI, AC PHILOSOPHI*
CLARISSIMI,
Et in Celeberrimo Patrio Gymnaſ. Phyloſophiam
ordinariam veſpertinam profitentis.

# CONCILIATIONES DILV-cidæ omnium Controuerſiarum Super Libros Poſteriorum Ariſtot.

*AD ILL.mum AC REV.mum* D.D.
GREGORIVM PETROCHINVM
*S.R.E. AMPLISS. CARD.*
De Monte Elparo.
Totiuſq; Auguſtinianæ Religionis
Antiſtitem Summum.

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV
IHS



BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Bononiæ Apud Fauſtum Bonardum. 1590.
Facultate à Superioribus conceſſa.

# IOANNIS LVDOVICI
## CHARTARII BONONIENSIS
### MEDICI, AC PHILOSOPHI
### CLARISSIMI,

Et in Celeberrimo Patrio Gymnas. [illegible] ordinariam [illegible] profitentis.

CON[illegible] ILV-
cid[illegible]
S[illegible]

AD [illegible] D.
CR[illegible] VM



Bononiæ Apud Paulum Bonardum. [illegible]
Facultate à Superioribus concessa.

# ILL.MO AC R.MO D.D.

## GREGOR. PETROCHINO

S. R. E. AMPLISS. CARD.

DE MONTE ELPARO,

*Totiusq; Auguſtinianæ Religionis*

Summo Antiſtiti.

Ioannes Ludouicus Chartarius S. P. D.

EX ijs legibus, Card. Ampliſſime, quæ à rerum omnium parẽte natura profectæ sũt, & ſi plures quidem, nõ exiguam humano generi vtilitatem afferre, præclarè admodum nos rerum magiſtra experientia docet; Vnam tamen præ cæteris, tùm dignitate, tùm neceſſitate, atq; emolumento ſapientũm omniũ conſenſu, quaſi præſtantiſsimam eminere iudicatum eſt, quæ hominibus præcipit, vt alter alteri vtilitati ſit, atq; ornamento, etenim ſanctiſsima ea ſi tolleretur lex, qua hominum cætus fœliciſsimè cõſeruatur,

humanum profectò genus ſeruari diutius haud vlla ratione poſſet; Atq; eo ſapienter quidem dicebat Diuinus Plato, hominem non ſibi ſolum natum fuiſſe, ſed ortus ſui partem patriam, partem parentes, partemq; amicos ſibi vendicare, quaſi verò hominibus prodeſſe hominis proprium eſſe haud obſcurè annueret; Huiuſmodi ſanè legem nō ſolum hominibus, verum ſuperis etiam, atq; elementis ipſis datam fuiſſe conſtat. Quis enim à primo motore ſimpliciſsima illa corpora quot quot ſunt omnia motus velocitate mirificè iuuari, ſpherasq; omnes, Lunāq; in primis, à Sole lucis incrementum ſuſcipere inficietur? Terram quoq; Ætheris, atq; aquæ auxilio omnia procreare, ac tamdē quæ omnia tam varia, tamq; pulchra in immenſo hoc cœli ambitu cōcluduntur vi quadam beneuolētiæ admirabili obſtricta, ac deuincta eſſe conſpicuū

vnicuiq;

vnicuiq; fore exiſtimo; Atq; hinc factum eſt, quòd Pythagoras ille Appollinis oraculo ſapientiſsimus omnium iudicatus, dicere conſueuerat, Mundum hunc muſica fabricatum eſſe ratione, eo quòd sũma eſt in eo concordia, & pars parti, totum partibus, parteſq; omnes inter ſe ſũma, ac mira proportione reſpondent, Ex quo ſuperiorum prouidẽtiæ, parium inter ſe connexiones, conuerſiones inferiorum, omnium ſui conſeruatrices, & immutabiles ſtabilitates, atq; firmitates, rurſuſq; omnium in omnibus congruenter cuiq; communiones, ac non confuſæ cõcordiæ, cõcentuſq; vniuerſi, temperationes in vniuerſo, indiſſolubileſq; rerum cohærentiæ, perpetuæq; eorum quæ oriuntur propagationes, ſtatus omnes, atq; motus mentium, animorum, corporum, quæ omnia vt docet Sanctiſsimus Dioniſius Areopagita in de diuinis nominibus

Cap. 4. ſunt ex illo ſummo bono, quod omnium bonorum eſt cauſa, atq; origo. Hæc ego Præſul integerrime animo voluens, quæ tùm à Phyloſophis, tùm etiam à ſacris Theologis ea de re literarũ monumentis conſignata fuerant, viri probi, atq; Chriſtiani munus eſſe cenſui, quæ ad homines ornandos, atq; augendos pertinent, ea omnia ſummo ſtudio, ſummaq; diligentia efficere; Quamobrem cum re ipſa expertus eſſem, enudationes locorum, qui ſibi apud Ariſtotelem repugnare videntur, quas contradictiones appellant, ſtudioſis iuuenibus maximo ex vſu eſſe, eas omnes quæ in vniuerſa Logica, & Philoſophia occurrere poſſunt, iam pridem à me ſelectas vt illorum vtilitati conſulerem, ſæpius in lucem edere volui; Verum quo minus id exequerer, quorũdam improbitas me deteruit, quibus nihil antiquius eſt, q̃ aliena carpere; Cum

autem

autem te Præſul Illuſtriſsime ad ampliſsimum Cardinalatus gradum, ob tuam miram probitaté, maximasq; virtutes aſcendiſſe ſenſi, non potui me amplius continere, quin harum locorum enodationũ primam partem quæ in Libris Poſteriorum omnium Logices facultatis difficilimorum fieri poſſe mihi viſæ ſunt, in apertum proferrem, tuo enim nomine inſignitæ, ſpero fore, vt ab omni detractione ſint tutæ; Idq; etiam egi, vt hoc munuſculo declarare poſſem, q̃ incredibili gaudio affectus ſim, de hac amplisſima, ac iam pridem tuis ſummis virtutibus debita dignitate; Verum hac in re Sapientiſsimi Sixti Quinti Pontificis Maximi perſpectum eſt conſilium: ipſi quidem admirabilis tua rerum omnium ſciẽtia, & ſingularis in agendo prudentia, atq; ſumma in colenda, ac obſeruanda religione pietas, & ſedulitas ſatis perſpecta,

erat: & ob id iam dignus ab eo iudicabaris, qui inter ampliſsimos Cardinales cooptareris; voluit tamen vniuerſæ Reipublicæ Chriſtianæ hæc nota fieri; Idcircó cæteris omnibus tuæ Religionis honoribus maxima cum dignitate, ac laude adminiſtratis, totius tibi Auguſtinianæ familiæ gubernandæ onus demandauit; In qua grauiſsima adminiſtratione q̃ ſtrenuè te geſſeris, & quæ in omnibus Italiæ Prouincijs prudentiſsimè egeris, omnes ferè norunt; Porrò earum rerum, quas in Hiſpanijs inuiſendis maxima cum nominis tui celebritate ſapientiſsimè perfeciſti, conſtans iã fama peruulgata eſt; Quibus omnibus admirabili quadam, ac ꝓpè diuina ingenij dexteritate adminiſtratis, atq; confectis, non potuit, nec voluit Sanctiſsimus Pontifex præmia tuis virtutibus, ac laboribus maximè debita ãplitus retardare, Itaq; cum ſumma omnium

appro-

approbatione, ac applauſu te in numerũ purpuratorum patrum aggregauit. Quãobrem incredibili lætitia profuſſus tibi mirum in modum gratulor: Atq; id in primis mihi ſæpius faciendum ſentio, vt potè qui in te amando, atq; obſeruando nemini concedam. Quam obſeruantiam ac animi mei erga te propenſionem, tàm & ſi ea tibi iam pridem perſpecta ſit, volui tamen hoc munuſculo & tibi, & cæteris apertius demonſtrare. Illud verò quãquàm exiguum eſt, vt prò tua benignitate, atq; ſingulari humanitate futurũ ſpero, mihi ſat erit, ſi tibi nõ ingratum accidiſſe intellexero, omniumq; maledicorũ morſus nihili prorſus faciam; Et iure ſanè optimo, nam ſi tibi Cardinalis Ampliſsime omnium doctrinarum genere ornatiſsimo, ac prudẽtiſsimo opuſculum hoc probatum fuerit, cui nam diſplicere poterit? Illud igitur qualecunq; ſit læto vultu

hylari

hylari q́; fronte accipias, & meæ erga te obſeruantiæ ſit tibi monimentum, & reliqua quæ interim à me expoliuntur propediem expecta, me q́; tui amantiſsimũ, ac deditiſsimum in tua clientela retinere non dedigneris; Vale, ac vt diù fœlix viuas Deum deprecor.

# IVLII SIGNII
## IN
# Ioannem Lud. Chartariũ
## Philoſophum pręſtantiſsimum.

*D*Octis quotidie chartis CHARTARIVS auget
*Mortales ſapiens, Felſina clara, tuus.*
*Naturæ, hic veri penetrat penetralia, miro*
*Ingenio, cunctis præſtat, & eloquio.*
*Hic & Ariſtotelis Stagyræi vindicat vnus*
*Arte noua è falſis dogmata criminibus.*

# INDEX

## CONTROVERSIARVM; ET ALIORVM, QVÆ SCITV digna ſunt:

*Primus numerus notat paginam, Litera A. faciem primam, litera B. faciem ſecundam.*

AN omnis doctrina, & diſciplina diſcurſiua fiat ex præexiſtenti cognitione. pag. 1. a.
An detur primus præcognitionis gradus ab intellectu noſtro aquiſitus. 2. a.
An præexiſtens cognitio ſit ſufficiens ad habendam rei cognitionem. 2. b.
An ſub propoſitione illa, omnis doctrina, &c. contineantur Artes mechanicæ. 3. a.
An cognitio Artium mechanicarum ſit doctrina, vel diſciplina. 3. b.
An cognitio principiorum ſit doctrina, vel diſciplina, ſeu An cognitio principiorum fiat ex præexiſtenti cognitione, vel ſit nobis naturaliter inſita. 4. a.
An principia Artium fiant ex præuia cognitione. 5. b.
An cognitio diffinitionis ſit ex præexiſtenti cognitione. 5. b.

An

An ratio Ariſt. qua probat omnem doctrinam, &c. ſit inductio, vel exemplum. 6. a.
An Ariſt. rectè probet per inductionem illam propoſitionem, omnis doctrina, &c. 6. a.
An Ariſtot. dum probat illam propoſitionem, omnis doctrina, &c. rectè dicat (orationes quæ per ſyllogiſmos) in plurali, (& quæ per inductionem,) in ſingulari, & quare ſic diuerſimodè fuerit loquutus. 7. a.
Affirmatio, & negatio an ſint partes contradictionis, & enunciationis, ac propoſitionis. 53. a.
An ex vna tantum propoſitione aliquid neceſſario ſequatur. 74. a.
An ex propoſitione de modo impoſsibili inferratur propoſitio de modo neceſſario, vel e contra. 77. a.
An quando ſubiectum ponitur in diffinitione prædicati quod eſt accidens, ſit propoſitio per ſe in ſecundo modo. 96. b.
An iſta propoſitio Animal eſt homo, ſit per ſe in ſecundo modo. 98. b.
An propoſitiones perſe primi modi conuertãtur in propoſitiones per ſe ſecũdi modi. 101. b.
An ſub tertio modo perſe contineantur omnes ſubſtantiæ. 102. a.
An tertius modus pſe ſit modus p̄dicandi. 104. a.
An quartus modus per ſe ſit modus p̄dicãdi. 104. b.
An ſub quarto modo perſe contineantur omnes

nes

nes cauſæ. 104. a.
An prædicatum naturale poſsit formaliter participari, non participato ſubiecto. 111. a.
An ſit tantum vnus error, qui accidit circà vniuerſale, vel an ſint plures. 113. 6.
An aliquod prædicatum poſsit eſſe notum de ſpecie, ignotum verò de genere. 115. a.
An regula quam dat Ariſt. pro euitandis erroribus circà vniuerſale ſit ſufficiens. 117. a.
Accidens inſeparabile an prædicetur per ſe de ſubiecto. 97. a.
Accidentia an cognoſcantur per diffinitionē. 166. a.
Accidentia an ſint neceſſaria. 118. b.
Accidentia inſeparabilia an neceſſario inſint ſuis ſubiectis. 124. a.
Accidentia an ſint ſimpliciter entia. 161. b.
Accidentia an conferant ad cognitionem ipſius quid eſt. 182. b.
Accidentia an cognoſcantur per diffinitionē. 166. a.
An ſit verum, præmiſſas contingentes inferre concluſionem tùm contingentem, tùm neceſſariam. 123. a.
An ex minori propoſitione negatiua conſtituatur ſyllogiſmus rectus in prima figura. 132. a.
Artes an conſiderent ſi eſt, & quod eſt. 154. b.
An quia eſt, propter quid eſt, & quid eſt ſint quæſita. 157. b.
An in ſimplicibus ſit quæſtio. 160. a.

An

An inijs quæ fiunt factiſq;, & futuris ſit eadem cauſa. 185.a.
An nomina tranſpoſita varient ſenſum. 185.b.
An à ſingularibus ad vniuerſale ſit pcedēdū. 186.a.
An in genere lateant æquocationes. 187.a.
An ſenſus ſit ipſius vniuerſalis. 188.a.

C

Cauſæ omnes an cōtineatur in primo mō perſe 95.a.
Cauſarum ordo an ab Ariſt. ſit rectè poſitus 182.b.
Cauſa materialis an ab Ariſ. rectè ſit deſcripta 183.a.
Cauſa materialis an coincidat cum formali 184.a.
Cauſa efficiens, & finalis an adinuicem demonſtrentur. 184.b.
Cauſa efficiens an ſit nobilior ſuo effectu. 2.a.
Caſus obliqui an cōſtituant propoſitiones dicentes verum, vel falſum 82.b.
Caſus impoſsibiles quando ſunt admitendi 118.a.
Concluſio an ſemper aſsimiletur alteri præmiſſarum. 121.b.
Concluſio neceſſaria an tantum ex neceſſarijs inferatur. 77.b.
Concluſio an ſit de eſſentia ſyllogiſmi, ac demonſtrationis. 75.b.
Cognitio principiorum an ſit doctrina, vel diſciplina. 4.a.
Cognitio Artium mechanicarum an ſit doctrina, vel diſciplina. 3.b.
Contradictio an ab Ariſt. rectè deſcribatur 51.a.

Contradic-

Contradictionis partes, an ſit affirmatio & negatio. 55.a.
Contradictio quot modis ab Ariſt. accipiatur 51.b.
Conditiones requiſitæ propoſitioni neceſſariæ quot ſint, & quæ illarum ſit potior 111.b.
Conditiones requiſitæ ad hoc quòd quis ſit ſciens, quæ ſint, & an ab Ariſt. ſint rectè aſſignatæ. 120.b.
Conditiones demonſtrationis quæ ſint, & quare paſsio omnibus præponatur. 125.a.
Contingens an poſsit eſſe cauſa effectus neceſſarij. 119.b.
Credere quot modis ab Ariſt. accipiatur. 64.b.

D

Demonſtratio an rectè ab Ariſt. diffiniatur 28.a.
Demonſtrationis ſpecies quæ ſint. 29.a.
Demonſtratio propter quid eſt duplex. 29.a.
Demonſtratio propter quid an faciat ſcire. 29.a.
Demonſtrationis diffinitio quomodo inferratur ex diffinitione ſcire. 31.a.
Demonſtratio an conſtet ex veris, primis, &c. 32.a.
Demonſtratio an conſtet ex primis, & ex prioribus. 33.b.
Demonſtratio an conſtet ex veris. 34.b.
Demonſtratio an conſtet ex veris, & indemonſtrabilibus. 36.b.
Demonſtratio an conſtet ex notioribus. 41.a.
Demonſtratio circularis an rectè ab Ariſt. con

ſutetu

futetur. 71. a.
Demonſtrationis proprium an ſit eſſe ex neceſſarijs. 113. a.
Demonſtratio an conſtet ex notioribus nobis vel ex notioribus natura. 41. a.
Demonſtratio an ſit ipſius quid eſt. 171. a.
Demonſtrator an interroget. 152. a.
Demonſtratio circularis quid ſit. 133. b.
Demonſtratio circularis, & regreſſus quo modo differant. 135. b.
Demonſtratio circularis an detur. 132. b.
Demonſtratio circularis an recte ab Ariſt. cõfutetur. 71. a.
Demonſtratio circularis ſi datur, an tantum in prima errigatur figura. 76. b.
Demonſtratio quia an ſit demonſtratio. 135. b.
Demonſtratio quæ eſt in terminis conuertibilibus, an petat principium. 175. a.
Diffinitio an tãtum per primam figuram inquiratur. 149. a.
Diffinitio an ſit vniuerſalis, & affirmatiua. 165. a.
Diffinitione an cognoſcantur accidentia. 166. a.
Diffinitio an ſit principium demõſtrationis. 166. b.
Diffinitio an ſit eius, cuius eſt demõſtratio. 170. b.
Diffinitio an prædicetur in quid, & quomodo ſit oratio explicans eſſentiam, &c. 172. a.
Diffinitio vna an poſsit demonſtrari de diffinitio per aliam diffinitionem. 174. b.

Diffinitio an fiat ex præexiſtenti cognitione. 5.b.
Diffinitio an detur per notiora. 32.b.
Diffinitio an conſtet ex proprio genere, & vltima differentia. 33.a.
Diffinitio an prædicetur per ſe de diffinito. 84.a.
Diffinitio formalis an ſit principium demonſtrationis, materialis verò eiuſdem concluſio. 130.a. 162.a.
Diffinitio an poſsit demonſtrari de diffinito per ſyllogiſmum diffinitiuum. 179.a.
Diffinitio vnius contrarij an poſsit demonſtrari de diffinito, per diffinitionē alterius contrarij. 180.a.
Diffinitio an ſenſu poſsit demonſtrari. 180.b.
Diffinitio an ſit diuerſa à diffinito. 181.a.
Diffinitio an dicat eſſe, vel non eſſe. 58.b.
Dignitas an præcognoſcatur quò ad ſi eſt. 15.b.
Dignitates ſunt in duplici differentia. 16.b.
Dignitates quomodo ingrædiatur demonſtrationem. 16.b.
Dignitas an præcognoſcatur quo ad quid eſt. 17.b.
Dignitas an rectè diſtinguatur à poſitione. 54.a.
Dialectica propoſitio an ab Ariſt. rectè diffiniatur. 48.b.
Dialectica an ſit determinati generis. 130.a. 162.a.
Dici de omni prioriſticum quomodo differat à

dici

dici de omni poſterioriſtico. 78. a.
Dici de omni, & propoſitio vniuerſalis quomodo differant. 79. a.
Dici de omni an recte ab Ariſt. deſcribatur. 80. a.
Dici de nullo, & eſſe in toto, quare omittantur ab Ariſt. ibidem.
Differentia an prædicetur per ſe de ſpetie. 93. b.
Differentia quot modis accipiatur. 95. b.
Differentia an prædicetur de genere. 168. b.
Differentia an prædicetur in quid. 177. b.
Diſcurſus an fiat ſubitò. 2. b.
Diuiſio an ſit vtilis diffinitioni. 178. a.
Diuiſio an aliquid cõcludat ex neceſsitate. 176. b.
Diſcrimen inter eſſe intrinſecum, & quidditatiuum. 87. b.

E

Eadem an ſint nota nobis, & natura. 38. a.
Efficiens quodlibet an ſit nobilius ſuo effectu 2. a.
Enthymema, & ſyllogiſmus an ſint idem. 8. a.
Enunciatio an ſit genus propoſitionis. 48. a.
Enunciationis diffinitio an ſit recta. 50. a.
Enunciationis partes an ſint affirmatio, & negatio. 53. a.
Ens an prædicetur per ſe in primo modo de ſub ſe contentis. 85. a.
Ex, quam cauſam dicat. 2. a.
Exemplum, & inductio an ſint idem. 8. a.
Exempla propoſitionum primi modi per ſe an ſint

ſint recta. 82.b.
Exempla propoſitionum ſecundi modi per ſe an ſint vera. 97.b.
Errores qui accidunt circà vniuerſale, quot ſint. 113.b.
Errores qui accidunt circà dici de omni, & per ſe, quare non doceat Ariſt. 114.a.
F
Factorum, futurorum, & eorum que fiunt, an ſit eadem cauſa. 185.a.
Falſi an ſit ſcientia. 35.a.
Fides eſt duplex, alia ſcientialis, alia ſuaſiua 7.b.
Finalis cauſa, & efficiens, an ad inuicem demonſtrentur. 184.b.
G
Genus an prædicetur p ſe de differentijs 94.a 168.b.
Generis diuiſio. 95.a.
Genus an poſsit tantum ſaluari in vna ſpē. 116.a.
Genus, & ſpēs an prædicentur per ſe de indiuiduis. 91.a.
H
Habitus intellectus alij ſunt ſemper veri, alij ſunt inſimul veri, & falſi. 188.a.
Habitus intellectus ſemper veri quot ſint, & qui ſint. ibidem.
Habitus intellectus ſemper veri in duplici ſūt diſcrimine. ibidem.
I

Intellectus noſter cur quamlibet rem ſeorſim non intelligat,ſed determinatam. 2.a.
Inductio an rectè probet,ſeu an petat principium. 6.a.
Inductio an monſtret vniuerſale ex ſingulari noto. 7.b.
Inductio an demonſtret. 175.b.
Idem non poſſe ſciri per diffinitionem, & per demonſtrationem, an rectè probetur ab Ariſt. 164.a.
Idem an poſsit eſſe finis & effectus. 2.a.
Idem an poſsit prædicari de ſeipſo. 485.a.
Impoſsibiles caſus quãdo liceat admittere. 118.a.
Inſtantia an poſsit eſſe propoſitio ſingularis. 82.a. 131.b.
Interrogatio facta per (vtrum) an poſsit aptari problematibus analyticis. 157.a.
In ſuceſsiuis non datur primum ſui eſſe,ſed vltimum ſui non eſſe. 2.b.

L

Linea recta an ſit pulcherima linearum. 126.b.
Linea recta an contrarietur circulari. ibidem.
Lineis an per ſe conueniat rectum, & circulare. ibidem.

M

Magnanimitas quid ſit. 186.a.
Magnanimitas an ſit genus vniuocum?
Magnanimitas quotuplex ſit.

Magnanimitas an fuerit in Achylle, Alcibiade, & Aiace.
Magnanimitas an fuerit in Alexandro, ac Socrate.
Magnanimes qui magis fuerint, an tres primi dicti, an duo vltimi. ibidem
Mathematicus an vtatur falsis ſuppoſitionibus. 129. a.
Mathematicus an conſideret materiam. 183. b.
Materialis cauſa an ſit recte ab Ariſt. deſcripta. 183. a.
Materialis cauſa an coincidat cum formali, & quomodo. 184. a.
Maiori extremo an ſit addenda reduplicatio vel medio termino. 172. a.
Metaphoris vti an liceat in diffinitione. 187. b.
Medium quotuplex ſit. 52. b.
Mediũ an ſit eiuſdem generis cum extremis 175. b.
Medium ſeu cauſa an ſit ipſorum acciderũ. 161. a.
Medium contingens an faciat ſcire conclusionem neceſſariã, ſaltẽ quo ad quia eſt. 123. b.
Medium cõtingens an poſsit eſſe cauſa effectus neceſſarij. 119. b.
Modi primi perſe quot ſint ſpecies. 84. b.
Modi primi perſe exempla an ſint vera. 82. b.
Modus ſecundus perſe quis ſit. 96. b.
Modi ſecundi perſe quot ſint ſpecies. 97. b.
Modus tertius perſe an ſit modus prædicandi. 104. a.

Modus quartus perſe an contineat omnes cauſas. 104. b.
Multiplex omne an ſit primò diuidendú quàm diffiniendum. 56. a.

N

Natura an cognoſcat. 88. b.
Natura notius, & prius, quot modis dicatur ſecundum Ariſtotelem. 59. a.
Neceſsitas propoſitionis an abſtrahat ab exiſtentia rei. 92. a.
Non ens, non eſt ſcire, quomodo ſit verum. 34. a.
Non entium an ſit ſcientia. 35. b.
Notiora nobis, & natura, an ſint eadem. 38. a.
Notiora nobis quot modis accipiatur. 40. a.
Nomina tranſpoſita an varient ſenſum. 85. b.

O

Omnis doctrina, & diſciplina diſcurſiua an fiat ex præexiſtenti cognitione. 1. a.
Omne quod fit, fit ex contrario, in quibus ſit verum. 1. b
Omnes homines appetunt ſcire, quomodo ſit verum. 1. a.
Omne multiplex primò eſt diuidendum quàm diffiniendum, quomodo ſit verum. 56. a.
Omnes partes diffinitionis ſunt formæ, an ſit verum. 96. a.
Opinio platonis ꝙ noſtrum ſcire ſit reminiſci, an excludatur ab Ariſt. in primo Cap. primi

poſſe. 5. a.
Oppoſitio contradictoria an rectè ab Ariſt. diffiniatur. 51. a.
Obliqui caſus an conſtituant propoſitiones dicentes verum, vel falſum. 96. a.
Ordo à magis cõmunibus ad minus communia an ſemper ſit rectus. 44. a.
Ordo Ariſt. in cauſis, an ſit rectus. 182. b.

P

Poſitio, & dignitas an rectè diſtinguantur ab Ariſt. 14. a.
Poſitionis ſpecies an ſint tñ duæ, ſuppoſitio, & diffinitio. 58. a.
Propter vnumquodq; tale, & illud magis, an ſit vera propoſitio. 65. a.
Propter quid an poſsit ſciri, ignorato ipſo quia. 148. & 182. a.
Præcognitiones an ſint tantũ duæ. 9. b.
Præcognitio an ſit. 10. b.
Præcognitio quid ſit. 10. b.
Præcognitionis quot ſint ſpecies. 11. a.
Præcognitio agens quid ſit. ibidem.
Præcognitio dirigens quid ſit. ibidem.
Præcognitiones dirigentes quare ſint duæ. ibidem.
Præcognitionum quãm ſit ordo. 12. b.
Præcognita an ſint tantum tria. 13. b.
Præcognita quomodo præcognoſcantur. 15. b.
Præmiſſæ contingẽtes an inferant concluſionem

nem contingentem, & neceſſariam. 123. a.
Præmiſſæ quomodo ſint cauſæ demonſtrationis, & in quo genere cauſæ. 37. a.
Paſsio an præcognoſcatur quo ad quid rei vel quo ad quid nominis. 167. b.
Principia an cognoſcantur ratione terminorũ 70. a.
Principiorum cognitio an fiat in nobis ex præexiſtenti cognitione, vel ſit nobis naturaliter inſita. 69. a.
Principia Artium an fiant in nobis ex præexiſtenti cognitione. 5. b.
Principiorum inmediatorum an ſit ſcientia. 69. a.
Primi modi perſe exempla an ſint vera. 81. b.
Primi modi perſe quot ſint ſpecies. 84. b.
Primi modi perſe propoſitiones an conuertantur in propoſitionibus perſe ſecundi modi. 101. b.
Perſe modi ſecundi exempla an ſint vera. 97. b.
Perſe modi ſecundi quot ſint ſpecies. 98. b.
Perſe modus tertius an ſit modus prædicãdi 104. a.
Perſe modus quartus an contineat omnes cauſas. 104. b.
Propoſitio inmediata an ab Ariſt. rectè diffiniatur. 45. a.
Propoſitio inmediata quotuplex ſit. 45. b.
Propoſitio an rectè ab Ariſt. diffiniatur. 47. a.
Propoſitio dialectica an ſit rectè ab Ariſt. diffinita. 48. b.
Propoſitio dialectica ab conuertatur cum propoſitione

propoſitione incommuni. 49. b.
Propoſitio an rectè ſit diuiſa in dialecticam, & demonſtratiuam. 49. a.
Propoſitionis neceſſariæ quot ſint cõditiones, & quæ illarum ſit nobilior. 111. b.
Propoſitiones Ariſt. ſunt in triplici differentia. 17. a.

Q

Quæſita,& ſcita an ſint æqualia. 150. a.
Quæſita an ſint numero quatuor. 152. b.
Quæſita cur tantum ſint quatuor. 155. a.
Quæſita compoſita quare Ariſt. præponat ſimplicibus. 155. b.
Quæſita an inter ſe habeant ordinem. 146. b.
Quæſita ſimplicia,& compoſita cur Ariſt. miſtim proponat. 160. a.
Quæſitũ quia cur vocetur quæſitũ in parte. 160. b.
Quæſitũ ſi eſt,& pp q̃d eſt,an ſimul habeãtur. 163. b
Quæſtio an ſit in ſimplicibus. 160. a.
Quotuplex ſit prædicatum vniuerſale. 109. a.
Quando liceat admittere caſus impoſibiles. 118. a.
Quare Ariſt. in Tertio Cap. primi Poſt. prius afferat ſuam opinionem, anteq̃ reijciat antiquos, cum alijs in locis ècontrà faciat. 68. b.
Quare ſi p̃dicatũ ponatur in diffinitione ſubiecti, ſit propoſitio perſe in primo modo, ſi ècontrà, ſit in ſecundo. 97. a.
Quare cum extrema mutuò ſe diffiniunt, non

conſtituatur aliquis modus perſe. 97.b.
Quare Ariſt. adduxerit tertium, & quartum modum perſe, cum demonſtrationi non inſeruiant. 105.a
Quare Ariſt. non doceat errores, qui accidunt circà dici de omni, ac perſe. 114.a.
Quid per principium inmediatum Ariſ. intelligat. 69.b.
Quid ſit eſſe de eſſentia alicuius. 75.a.
Quid eſt an ſit pars ipſius quia eſt. 169.b.
Quid eſt an poſsit ſciri ignorato ſi eſt. 182.a.
Quomodo dici de omni prioriſticum differat à dici de omni poſterioriſtico. 79.a
Quomodo dici de omni differat à ꝓpoſitione vniuerſali.

R

Regreſſus in demonſtratione an detur. 132.b.
Regreſſus quomodo differat è demonſtratione circulari. 135.b.
Reduplicatio an ſit addenda maiori extremitati, vel medio termino. 132.b.
Reduplicatio quid ſit. 133.a.
Reduplicatio, & ſpecificatio quomodo differant. ibidem.
Reduplicatiuæ dictiones quæ ſint. ibidem
Regula quam docet Ariſt. pro euitandis erroribus circà vniuerſale, an ſit ſufficiens. 117.a.
Regula illa ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis,

nis,& negatio erit cauſa negationis,ſit vera 147. a.
Rhetores an perſuadeant. 7. b.
Rhetores quare vtantur exemplo, & enthimate. 8. b
Rationes Ariſt.contrà Antiquos ponentes demonſtrationem circularem dari, an concludant rectè. 71. b.
Rationes, quibus probatur ens prædicari per ſe de ſub ſe contentis. 85. a.
Rationes, quibus probatur idem de ſe ipſo per ſe prædicari. 85. b.
Rationes, quibus probatur ens non prædicari perſe de ſub ſe contentis. 85. b.
Rationes, quibus probatur idem non prædicari perſe de ſe ipſo. 86. b.

S

Scire omnes homines appetunt, quomodo ſit verum. 2. a.
Scire noſtrum cum ſecundum Platonem ſit reminiſci, an ab Ariſ.in primo Cap. excludatur. 3. a.
Scire an ſit effectus demõſtrationis, vel eius finis. 21. b.
Scire quomodo ſit finis demonſtrationis, & intellectus noſtri. 22. a.
Scire quare prius ab Ariſt.diffiniatur quàm diuidatur. 22. b.
Scire quotuplex ſit, ſecũdum Linconienſẽ ibidem
Scire quotuplex ſit, ſecundum Themiſtium 23. a.

Scire quotuplex ſit, ſecundum Auerroem. ibidem.
Scire conceptiuum, ſeu formatiuum quid ſit ibidē.
Scire aſſertiuum, ſeu verificatiuum quid ſit ibidē.
Scire aſſertiuum quotuplex ſit. 22. b.
Scire diffinitum ab Ariſt. quod nam ſit. ibidem.
Scire an ſit rectè ab Ariſt. diffinitum. 24. b.
Scientiam abſtrahere à rei exiſtētia quomodo ſit verum. 36. b; 92. a.
Scientia quælibet an proprias habeat interrogationes. 130. a.
Sciētia quælibet an habeat proprias diſputationes. 130. b.
Scita, & quæſita an ſint æqualia. 150. a.
Senſus an ſit ipſius vniuerſalis, & quomodo 188. a.
Singulare an cognoſcatur, præcognito vniuerſali, vel ècontrà. 18. a.
Singulare an de altero prædicatur. 19. b.
Singulare quotuplex ſit. 43. a.
Singulare an ſit nobis notius. 42. a.
Singularia an cōtingenter ſint ſub vniuerſali 20. b.
Singularium an ſit doctrina. 43. a.
Syllogiſmus circularis an detur. 73. b, 134. b.
Syllogiſmus circularis ad quem pertineat artificem, & cuius ſit vtilitatis. 134. b.
Syllogiſmus topicus an petat principium. 181. b.
Species an prædicetur per ſe de differentia. 101. b.
Specificatio quomodo differat à reduplicatione. 173. a.

Suppoſitio an ab Ariſt. ſit recte diffinita. 56. b.
Suppoſitio an ſit propoſitio demõſtrabilis, vel indemonſtrabilis. 129. a.
Suppoſitiõibus falſis an vtatur Mathematicus ibidē.
Succeſsiua carent ſui primo eſſe, habēt tamen vltimum ſui non eſſe. 2. b.
Subſtātiæ omnes an ſint perſe in tertio modo 102. a.

V

Vniuerſale an cognoſcatur ex ſingularibus, vel econtrà. 18. a.
Vniuerſale an ſit notius natura, ſingulare verò nobis. 42. a.
Vniuerſale quotuplex ſit. ibidem
Vniuerſale in quo textu ab Ariſ. diffiniatur an in tex. 36. vel. 37. 107. a.
Vniuerſalis diffinitio examinatur. 87. b.
Vniuerſale quod cõuenit cõcluſsiõi, quid ſit 108. b.
Vniuerſale prædicatum quotuplex ſit. 109. a.
Vniuerſale prædicatũ an formaliter poſsit participari, non participato ſubiecto. 111. a.
Vniuerſale an ſemper p̄dicetur de pluribus 114. b.
Vniuerſale an ſemper actu ſit in omnibus eius ſingularibus. 115. b.
Vniuerſale an ex vno ſingulari conſtituatur. 164. a.
Vniuerſale an ſit obiectum ſenſus. 188. a.
Vnitatis diffinitio ab Ariſt. data an ſit recta. 63. b.

# TYPOGRAPHVS STVDIOSIS Logices facultatis S.

CVm ſuperioribus diebus (Iuuenes ſtudioſi) præſtantiſsimi Medici, necnon Phyloſophi Clariſsimi Ioannis Ludouici Chartarij, clariſsimas controuerſiarum in Libris Ariſt. Poſteriorũ Cõciliationes in lucem edẽdas eſſe cognouiſſem, eaſq; à Doctiſsimis viris q̃ maximè approbari intelligerẽ, prò virili mea operam dedi, vt typis meis excuderẽtur, quo vobis prodeſſe poſſem, ab eiſdem enim doctiſsimis viris accepi has conciliationes Logices facultatis amatoribus q̃ maximam vtilitatem eſſe allaturas; Nam præterq̃ quòd in ipſis loca obſcuriſsima in difficillimis Ariſtotelis Libris aperiũtur, enucleanturq́; tàm facili etiam methodo omnia traduntur, vt quæ ab alijs aliquo negotio, & obſcurè docẽtur, mira quadam facilitate tradita, atq; illuſtrata cõſpiciantur. Et certè ſtudioſa iuuentus Chartario plurimũm debet, quippè cui nihil antiquius eſt, quàm cũ in omnibus; tũm in difficillioribus Philoſophiæ locis interpretandis, q̃ facilima explicãdi ratione vti. Præcamini vos præpotentem Deum, vt Chartarius diũ incolumis viuat, nam in hoc, & in alio ſcribendi genere maiora, atq; vberiora vobis ab eo parantur; Valete.

## Loca iſtarum Contradictionum ſunt notata iuxtà ſectionem Auerrois.

## *ERRORES SVB PRAELO OMISSOS*
## SIC CORRIGANTVR.

Fol. 21. Columna prima Linea. 19. dimminuitus, lege diminutus. & Linea. 21. dimminims dimminutus.
Fol. 28. col. 2. lin. 3. diffinitio diffinito.
Fol. 35. col. 2. lin. 22. diuium. diluuium.
Fol. 45. col. 2. lin. 3. immediatum. immediatam.
Fol. 46. col. 1. lin. 14. quæ. quàm.
Fol. 63 col. 2. lin. 21. materi. materiam.
Fol. 101. col. 2. lin. 10 hæc, heæ.
Fol. 104. col. 2. lin. 7. ammatus, animatus.
Fol. 116. col. 2. lin. vltima. qu. qui.

## *HVMANISSIMO LECTORI. S.*

Reperies fortaſſe (Humaniſs. Lector) non nullos alios errores, ſed ita leues, vt nec ſententiam mancam, vel mutilam reddant, qui etiam, & ſi lectori non indicentur, eos corrigere minimè erit difficile; Vale.

# CONCILIATIONES

## *CONTROVERSIARVM*

## Super primũ Lib. Poſt.

Io: Lud. Chartarij.

*Controuerſ. j ſuper tex. primo.*

IESVS *illuminatio mea ſit.*

An ſit verum omnem doctrinã, ac diſciplinam diſcurſiuam fieri ex præexiſtenti cognitione.

INquit Ariſt. (omnem doctrinam, & omnem diſciplinam diſcurſiuam fieri ex præexiſtenti cognitione;) Oppoſitum ab ipſo colligitur primo Phy. tex. 47. vbi ſcriptum reliquit, omne quod fit, fit ex contrario, at doctrina, ac diſciplina carent contrario, cum in cognitione non ſit contrarietas, igitur cũ doctrina, ac diſciplina per cognitionem habeãtur, non fient ex præexiſtenti cognitione; Inſuper, Primo Metaph. dixit, Omnes homines naturaliter appetunt ſcire, at ille appetitus cum ſit cum cognitione, eo quia continuò perficitur, ergo erit ſine aliqua præexiſtenti cognitione, ergo non erit verum, omnem doctrinam, & omnem diſciplinã fieri ex præexiſtenti cognitione; Quod etiam ratione comprobatur, cum enim illa particula (ex) cauſam dicat, quam cauſam dicet? nullam,

non materialem; cum vna notitia ſubiectiuè non ſit in alia; non formalem, nec efficientē, nec finalem dicet, cum quælibet iſtarum triū cauſarum ſit nobilior, ac perfectior ſuo effectu, illa autem præexiſtens cognitio non eſt nobilior, nec perfectior cognitione que ex illa paratur; Accedit, ꝙ impoſsibile eſt dari primam præcognitionem, ſeu primum præcognitionis gradum ab intellectu noſtro aquiſitum, igitur erit impoſsibile omnem doctrinam, ac diſciplinam fieri ex præexiſtenti cognitione, aſſumptū probatur, quælibet enim præcognitio eſt diuiſibilis, cum ſit alicuius intenſionis, igitur non dabitur primus præcognitionis gradus ab intellectu noſtro aquiſitus; propoſitio igitur dicta, cum Ariſtoteli, ac rationi repugnet, à veritate videbitur recedere; quæ tamen eſt veriſsima, cum ab Ariſt. in textu ſit inductione confirmata; Idcircò omnibus his reſpondetur; & primò primæ contradictioni, præmittendo propoſitionem deſumptam ex Primo Phy. non habere veritatem niſi in materialibus, cognitio autem cum ſit ſpiritualis, carebit contrario, & per conſequens vtrumq; Ariſt. dictum habebit veritatem; Quo ad ſecundam, omitto ꝙ illud verbum (ſcire) debet legi cognoſcere, & dico cum Alexan. in Proæmio Primi Prio-

rum,

rum, q: homo appetit ſcire appetitu naturali, ideſt inſtinctu naturali, & ſine aliqua cognitione, qui inſtinctus naturalis in homine exiſtens dicitur cum cognitione, quatenus homo cognoſcit, quo fit, vt inſtinctus iſte ipſius ſcire qui eſt in homine, & appetitus cum cognitione ſint idem re; differant tantum ratione; Soluitur ratio, admittendo illud (ex) nullam cauſam dicere .ſ. principalem, ſed ſignificare cauſam diſpoſitiuam; prò vt notauit Euſtratius in 2. Ethic; quæ cauſa diſpoſitiua reducitur ad cauſam efficientem inſtrumentalem, quæ cauſa efficiens inſtrumentalis minimè eſt nobilior ſuo effectu; Quo ad vltimam rationem, admitterem quamlibet cognitionē eſſe alicuius intenſionis, ac poſſe diuidi, ſed negarem non dari primũ præcognitionis gradum ab intellectu noſtro aquiſitum, quia intellectus non quamlibet rem ſeorſum cognoſcit, ſed determinatam, & per conſequens determinatum apræhendit gradum; Cur autem intellectus noſter quamlibet rem ſeorſum nõ apræhendat, ſed determinatam, cauſa eſt, quia inter cognoſcentem, & cognitum ſemper debet eſſe proportio; Et ſi quis obijciat ſolutioni datæ, & dicat, in rebus ſucceſsiuis non dari primum ſui eſſe; Dicendum eſt, q: licet in rebus ſucceſsiuis non detur primum ſui eſ

ſe, datur tamen vltimum ſui non eſſe, cũ quo ſtat in intellectu noſtro eſſe determinatũ cognitionis gradum; Sed prò maiori propoſitionis prædictæ dilucidatione, quæret aliqs, An illa præuia cognitio ſit ſufficiens ad hoc quòd quis habeat rei cognitionem, an vero quid aliud prærequiratur? Dicendum eſt ꝙ non, quia ſi ſic eſſet, ſequeretur ꝙ habita tali cognitione præexiſtenti, nos haberemus cognitionem ipſius concluſionis, ſeu ipſius rei, quod eſſe falſum vnuſquiſq; experitur, quare vltrà illam cognitionem præexiſtentem, dico quòd requiritur diſcurſus, ac debita terminorum applicatio; Et ſi quis obijciat, diſcurſus ſubitò fit, ergo rei cognitio ſubito in nobis fiet, quod eſt falſum, antecedens probatur ſic, omnis operatio virtutis immaterialis ſubitò fit, diſcurſus eſt operatio intellectus qui eſt virtus immaterialis, igitur diſcurſus ſubitò fiet. Hæc inſtantia tolitur, ꝙ operatio virtutis quæ eſt omninò, & penitus à materia abſtracta, ſubito fit, at operatio virtutis immaterialis, quæ non eſt omnino ſeparata à materia, ſed corpori eſt vnita, nequaq̃ ſubitò fit, ſicq; eſt diſcurſus, qui eſt operatio noſtri intellectus, qui eſt corpori miſtus quoad operationem tantum, at ſecundum eius eſſe eſt ſeparatus, ſicuti difusè eſt à nobis decla

An præexiſtẽs cognitio ſit ſufficiens ad habendam rei cognitionem.

ratum in Lib. de Immortalitate, ac pluralitate animæ: Sed cum Platonis ſententia fuerit, noſtrum ſcire non eſſe de nouo, ſed nil aliud eſſe, quàm reminiſci, non ab re quiſpiam quæret, An Ariſt. per illud verbum ( fit ) excludat hanc Platonis opinionem; Reſpondetur ꝙ ſic, ſi enim doctrina de nouo paratur, vt colligitur ex illo verbo ( fit ) abſq; dubio ſcire non erit reminiſci, ex profeſſo tamen non intendit hoc Ariſt. in hoc cap. licet oppoſitum velint Latini Expoſitores, nullum enim extat verbum in hoc Cap. quo declaret ſcire noſtrum non eſſe reminiſci; Cumq; hanc difficultatem dirimere ſit alterius negotij munus, immanifeſtum enim eſt hoc in loco quid ſit reminiſci, quomodo fiat, an anima obliuiſcatur cum corpori coniungitur, quæ omnia ad illius quæſiti dilucidationem requirũtur; Sed adhuc dubitare poſſet aliquis, An ſub propoſitione dicta omnis doctrina, &c. contineãtur Artes Mechanicæ, Expoſitores enim grauiſsimi inter ſe quàm maximè diſsident; Auerroes Com. primo confutauit Themiſtiũ dicentem ſub prædicta propoſitione contineri Artes mechanicas his motus rationibus. Primo Ariſt. loquitur de demonſtratione, ac de ſcientijs demonſtratiuis, de ijs enim intẽdit agere, at Artes mechanicæ ſub demonſtra

An per illud verbũ (fit) excludatur opinio Platonis, dicentis ſcire noſtrũ eſſe remĩniſci.

An ſub dicta propoſitione continea͂tur Artes mechanicæ.

tiuis ſcientijs non continentur, igitur Artes mechanicas ſub ſe propoſitione dicta non cõprehendet; Secundo quia Artes mechanicæ ſine aliqua præcognitione addiſcuntur à ſurdis, & mutis. Contrariam opinionem tenuit Themiſtius, ac Io: Gram. qui longè melius ſentiunt; Primo quia Ariſtot. in textu dicit, (Conſimiliter & aliarum vnaquæq; artium,) quæ verba intelligi non poſſunt, niſi de veris Artibus; Secundo, Ars eſt recta ratio factibilium, ex 6. Etich. Cap. de Arte, quæ recta ratio præſupponit aliquã cognitionem; Nec rationes Auerrois quicquàm cogunt, prima non, quia & ſi Ariſtotelis ſcopus ſit de demõſtratione agere, protulit tamen propoſitionẽ vniuerſaliſsimam omnia continentem; Nec ſecunda habet vim, quia muti, & ſurdi, & ſi terminorum cognitionem non habeant, habent tamen præcognitionem experimentalẽ, & propterea Themiſtius vult Medicum, Cerdonem, & alios huiuſmodi ea quæ ad artem pertinent præcognoſcere; Sed obijciet ille, qui fieri poteſt q; Artes mechanicæ ſecundũ Themiſtij opinionem contineãtur ſub prædicta propoſitione, cum cognitio illa ſicut ipſe inſinuare videtur, non ſit doctrina, nec diſciplina, excludit enim ipſe hæc duo nomina à cognitione Artium; Crediderim talem

An cognitio Artiũ mechanicarum ſit doctrina, vel diſciplina.

cognitionem

cognitionem poſſe dici doctrinam, vel diſciplinam,& ratio quæ mouet me eſt hæc, quòd ſecundum Ariſt. 6. Etich. cap. 3. cognitio illa quæ addiſci poteſt, eſt doctrina, at cognitio Artium mechanicarum addiſci poteſt; igitur talis cognitio erit doctrina; Prætereà, ſi hæc cognitio ſub doctrina nõ comprehenderetur, labor ipſius Themiſtij eſſet vanus, ac fruſtrà, dum probare contendit tales artes ex præuia parari cognitione; Sed quia dictum eſt illam propoſitionem eſſe vniuerſaliſsimã ac omnia cõtinere, opus eſt quærere, An principiorum cognitio ſit doctrina, vel per doctrinã aquiſita, quod nil aliud eſt, quàm quærere, An prima principia fiant in nobis ex præexiſtenti cognitione; Linconienſis partem negatiuam ſuſtinet hac perſuaſus ratione, Non addiſcimus niſi id quod eſt nobis dubium, vel apparens falſum, ſed ſcientia principiorum non eſt nobis dubia, nec apparens falſa, ergo eam non addiſsimus ex cognitione præuia, ſed erit nobis inſita, dicit ipſe; Et hanc ſuam opinionẽ forſitan accepit ab Auerroe hic in expoſitione primi capitis, ac 3. de Ani. Lib. com. 37. vbi dixit, principiorum ſcientiam eſſe nobis inſitam; quò autem modo in nobis fiat, & vndè, fatetur ſe ignorare; Indè eſt ꝙ 2. Methap. Com. j. dixit, prima

An cognitio principiorum fiat in nobis ex præxiſtẽti cognitione.

Opinio Linc.

principia eſſe tamquàm ianua in domo à qua nullus aberrare poteſt; Cuius opinionis etiã videntur eſſe Græci, vt Ioãnes Gra: hic Cap. 1.; Simplicius in Proemio Primi Phy. Et hæc etiam videtur eſſe opinio Ariſtot. qui in Primo huius Cap. 9. dicit, prima principia cordeminimè poſſe negari, quod dictum nulla alia ratione videtur eſſe verũ, niſi quia principia ſunt nobis naturaliter inſita; Et hæc opinio ratione confirmari poteſt, illa cognitio quæ nobis ex neceſsitate ineſt, naturaliter nobis ineſt, at cognitio principiorum nobis ex neceſsitate ineſt, ergo naturaliter. Contrariã

Opinio cõmunis.

autem ſententiam omnes ferè alij ſuſtinent, his authoritatibus ab Ariſt. deſumptis ducti; Primo, Ariſt. hic Cap. 3. dicit, principia cognoſci ex præuia terminorum cognitione; Et primo Ethic. Cap. 6. addidit, (inductione, vel alia via,) quæ ſententia de omnibus principijs verificatur, quæcunq; fuerint illa; Inſuper, 6. Ethic. Cap. 3. declarauit habitum principiorum qui dicitur (intellectus) in nobis parari ex præexiſtenti cognitione; Quòd vero non ſint nobis naturaliter inſita, clarè docuit Ariſt. in fine. 2. Poſt. & Primo Metaphyſ. tex. 83. ſecundum ſectionem Alex. in quibus locis loquens de principijs, hæc protulit verba; (Si principia ſunt nobis naturaliter

ter

tet inſita, mirabile eſt quomodo nos lateat potiſsimam ſcientiarum habere;) Accedit q̧ 3. Lib. de Ani. tex. 14. dixit, intellectũ noſtrum eſſe tamquàm tabulam raſam, in qua nihil eſt depictum, quod dictum eſſet falſum, ſi principiorum ſcientia eſſet nobis inſita; Addo q̧ Linc:, & Auerroes in ſuis non conſtant dictis; Lincon. in principio 1. Cap. huius primi Poſt. afferens ſignificata ſcientiæ, inter alia, dixit q̧ ſcientia propriè dicitur cõpræhenſio veritatis eorum, quæ ſemper eodem ſe habent modo, & addidit modum quo ſciuntur principia, & concluſiones; Ex quibus verbis colligitur, ipſum ſupponere principia ſciri ex præexiſtenti cognitione, ſicuti ſciuntur concluſiones mathematicæ; Auerroes vero voluit in 2. Poſt. principiorum cognitionem non eſſe nobis inſitam; Vtraq; opinio conciliabitur, adnotando principiorum cognitionem bifariam conſiderari poſſe, vno modo quatenus cognitis terminis de neceſsitate ipſis aſſentimus, eiſq; fidem adhibemus, quo quidem modo affirmare poſſumus talem principiorum cognitionem nobis eſſe inſitã, ac ſine aliqua præuia cognitione in nobis parari; Alio modo conſideratur principiorum cognitio, nempè quatenus fit ex cognitione terminorum, quæ terminorum cognitio à ſenſu de-

Conceẽdãtur ambæ opiniones prædictæ.

ſu dependet, quo quidem modo talis principiorum cognitio non eſt nobis inſita, ſed potius dicitur fieri in nobis ex præexiſtenti terminorum cognitione; Quid autẽ ſit ad obiecta reſpondendum, & quomodo, iam erit ſatis manifeſtum; Solum notetur, rationem Linc. eſſe mancam, ac dimminutam, quia non ſolum addiſcimus id quod nobis eſt dubium, vel apparens falſum, ſed etiam addiſcimus id quod nobis eſt ignotũ, ſicq; principia addiſcemus ex præexiſtenti cognitione; Et hæc determinatio præcipuè intelligatur de principijs ſcientiæ, non autem de principijs ipſarum artium, quæ experientia in nobis parantur, & maximè ſi per inuentionem habeantur, at ſi auxilio præceptoris nobis innoteſcant, ſic & ipſa quoq; fient ex præexiſtenti cognitione terminorum; Sed quid erit dicendum de cognitione diffinitionis, fit nẽ ex præexiſtenti cognitione? Dico breuiterq; ſic, iuxtà mentem Ariſt. 6. Top. cap. 4. ac Primo Metaph. tex. 82. ſecundum Alex. Et ideò Ariſto. 2. huius docuit modum quo poſsimus venari diffinitionem; Nec obſtat, cognitionem diffinitionis eſſe incomplexam, & notam fieri per diſcurſum; vt ex Ariſt. 2. huius habetur, quæ etiam generatur ex præexiſtenti cognitione ipſius generis, ac differentiæ per quandam collatio-

*Quomodo principia Artiũ fiant ex preuia cognitione; & quomodo non.*

*An cognitio diffinitionis fit ex preuia cognitione.*

collationem; quæ propriè non eſt diſcurſus.

*Controuer. II. ſuper eodem tex. primo.*

VErba Ariſt. in textu ſunt hæc; (Manifeſtum eſt autem hoc, ſpeculantibus in omnibus, &c.) In quibus verbis probat, ſeù & melius, confirmat illam propoſitionem, Omnis doctrina &c. Sed an vtatur exemplo, ſicut multi Latinorum dixere, an inductione, vt ſentiunt Themiſtius, Io: Gram. & Auerroes, hoc eſt primo adnotandum; Magis approbo ſententiam Them. & aliorum, q̃ opinionem Latinorum, Et quod mouet me, eſt hoc, quia Ariſt. concludit propoſitionẽ vniuerſalem, quam exemplo concludere nequaquam poteſt; Inductio autem quam facit, eſt in ſcientijs mathematicis, in artibus, in rationibus, ſiuè fiant per ſyllogiſmũ, & inductionem, quæ conueniunt ipſi phyloſopho, ſiuè fiant per exempla, & enthimemata, quæ ſunt ipſi rethori propria; Sed an rectè probet, ſeù confirmet propoſitionem vniuerſalem prædictam inductione, in hoc eſt difficultas nõ parua, cum ſuorum præceptorum immemor videatur eſſe, cõmitit enim petitionẽ principij, quam ipſe damnat 8. Top. Quod declaro, volens namq; Ariſt. manifeſtare illam propoſitionem, (Omnem doctrinam, & diſciplinam

An Ariſt. ratio qua ꝓbat omnem doctrinã &c. ſit inductio, vel exemplũ.

An inductio rectè probet.

nam diſcurſiuam fieri ex præexiſtenti cogni tione,) aſſumit ſcientias mathematicas, ac artes per talem parari in nobis modum; quod aſſumptum negarent ſuſtinentes oppoſitum propoſitionis prædictæ, videlicet, Omnẽ doctrinam, ac diſciplinam diſcurſiuam fieri ex præexiſtenti cognitione, qui enim negant illam propoſitionem vniuerſalem, negabũt ſcientias mathematicas, ac artes ſic in nobis parari, cum hæc ſub illa propoſitione vniuerſali contineantur, & qui negat vniuerſale, neget etiam quodlibet contentum ſub vniuerſali; Non poſſumus negare, quin ſit aliqualis principij petitio, cum quælibet inductio ob rationem adductam petat principium, ideſt, aſſumat id quod eſt probandum, talis tamen principij petitio non eſt damnanda, quia eſt immanifeſta, & latens, & cum probet magis vniuerſale nobis ignotum ex minus vniuerſalibus, quæ ſunt nobis notiora; rationes verò quæ manifeſtè petunt principium, ſeũ quæ manifeſtè aſſumunt id quod eſt probandum, & quæ non probant vniuerſale ignotum per ſingularia nobis notiora, ſunt quæ ab Ariſt. damnantur; Et ſi quis petat cur fortiori nõ ſit vſus Ariſt. ratione; Occurrendum eſt illi cũ Ariſt. 2. Meth. tex. vltimo, dicente, in omnibus non eſſe expetendam acribologiam ma-

*Inſtãtia.* *Solutio.*

che-

thematicá, ſed vt expoſtulat materia, & quia hæc propoſitio in logica facultate non indigebat fortiori probatione, ideo eam non adduxit, ſed contentus fuit hac ſumpta ab inductione; Auerroes dixit propoſitiones Ariſt. eſſe in triplici differentia, aliquæ ſunt notiſſimæ, quæ nulla egent probatione ad hoc ꝙ fiant notæ, aliquæ ſunt dubitabiles, quæ ad hoc vt nobis notæ fiant egent demonſtratione, quædam media incedunt via, adeò ꝙ non ſunt penitus notæ, nec penitus ignotæ, prō quarũ notitia leuis ſufficit probatio, de quarum numero eſt Ariſtot. propoſitio præſens, ideo mirum non debet eſſe ſi eam tantum inductione perſuaſit, accipiendo ſicut dictum eſt ſcientias mathematicas, Artes, & orationes quæ per ſyllogiſmos, & quæ per inductioné, &c. Quæ verba ſunt notatu digna, quia aliquis dubitabit, cur Ariſt. in plurali dixerit, (Orationes quæ per ſyllogiſmos,) demum in ſingulari dicat, (& quæ per inductionem;) Fortaſſis ſic diuerſimodè eſt loquutus, vt nobis ſignificaret nihil referre, ſiuè in plurali numero loquamur, ſiuè in ſingulari, cũ vtrũq; poſsit dici, Vel dixit in plurali, (Orationes quæ per ſyllogiſmos,) vt daret intelligere vnam, & eamdem concluſionem pluribus ſyllogiſmis poſſe ſyllogizari, vt etiam ipſe Ariſt.

Propoſit. Ariſt. ſũt in triplici differētia.

Cur Ariſtotel. in plurali dixerit, (orationes quæ p ſyllogiſmos) demũ in ſingulari (per inductioné.

Ariſt. docuit in 2. Lib. Priorum, in quibus omnibus ſyllogiſmis generatur cognitio ex præuia præmiſſarum notitia; demum dixit in ſingulari numero, (Et quæ per inductionem,) vt innueret vnam, & eamdem cõcluſionem vniuerſalem per vnam tantum inductionem inferri poſſe. Perficiendo Ariſtot. ſuam inductionem, ſic loquutus eſt. (Similiter, & rethores perſuadent, aut enim per exempla, quod eſt inductio, aut per enthymemata, quod eſt ſyllogiſmus;) Quæ Ariſt. verba adhuc ſunt conſideratione digna; Et primo quare dixerit, (Rethores perſuadent.) demum quare dixerit, (per exempla) in plurali numero, (quod eſt inductio,) in ſingulari; Similiter, quare dixerit (per enthymemata) in plurali, (quod eſt ſyllogiſmus) in ſingulari, ſic enim loquendo videtur ignarus gramatices Ariſt. eſſe, cũ coniungat illa duo nomina, (exẽpla, & enthymemata) in plurali numero, cum verbo (eſt) in ſingulari; Primæ eſt occurrendum, Ariſt. ſic eſſe loquutum, vt ſignificaret Rethores magis eſſe ſolicitos in perſuadendo, quàm in veradicendo, quæ etiam fuit mens Platonis in Gorgia, qui dixit, fidem eſſe duplicem, aliam doctrinalem, qua Phyloſophi vtuntur de veritate differentes; Aliã ſuaſiuam, qua Rethores vtuntur. Secundæ reſpondetur, adnotando ꝙ

*Quare Ariſt. dicat (Rethores perſuadent.)*

*An rectè dixerit, (ꝑ exempla quod eſt inductio, per enthymemata, ꝙ eſt ſyllogiſmus.)*

*Fides duplex eſt.*

do ꝙ illa eſt alloquutio græcis conſueta, qui ſoliti ſunt nomina neutra in plurali numero coniungere cum verbo ſingulari, & ſic illud relatiuum ( quod ) refert talia nomina in ſingulari eſſe accipienda ; Sed ſi relatiuum ( quod ) reffert talia nomina in ſingulari fore accipienda, ſenſus igitur illorum verborum erit, ( per exemplum quod eſt inductio, & per enthymema quod eſt ſyllogiſmus) qui ſenſus erit falſus, cum exemplum, & enthymema maximè differant ab inductione, & ſyllogiſmo, quod patet, cum ſint quatuor argumentationis ſpecies diſtinctæ ; Etiam, quia illa quæ habent diffinitiones diuerſas, ac diſtinctas, illa ſunt quàm maxime diſtincta, inductio habet diffinitionem longè diſtinctam ab exemplo, pariter & enthymema à ſyllogiſmo, igitur quàm maximè diſtinguentur; Quidam ſunt opinati, ſed falsò enthymema eſſe ſyllogiſmum, quia eſt ſyllogiſmus truncatus, exemplum verò eſſe iuductionẽ dixere, quia exemplum probat à ſingularibus; Quæ dicta non laudo, quia quamuis enthymema ſit ſyllogiſmus truncatus, quàm maximè tamen differt à ſyllogiſmo; licet etiam exemplum probet à ſingularibus, colligit tamen concluſionẽ ſingularem, & non vniuerſalem ſicuti facit inductio; Quare dico ꝙ Ariſt. vult per illa verba idem

An exẽplum ſit idem cũ inductione, & enthimema cũ ſyllogiſmo.

idem valere exemplum, & enthymema apud rethorem, ac vt inductio, & ſyllogiſmus valet apud Phyloſophum, & ideo aptauit exemplum inductioni, & enthymema ipſi ſyllogiſmo; Sed quare exemplũ, & enthymema ſunt inſtrumenta rethori propria, non autem inductio, & ſyllogiſmus? Reſpondeo ꝙ hoc prouenit ratione materiæ circà quam verſatur, Rethorica enim materiæ ciuili applicatur, in qua non ſunt exquirendæ demonſtrationes, ſed rationes veriſimiles, & quæ circà ſingularia q̃ maximè versãtur, idcircò vtitur enthymemate, & exemplo, quod exemplum eſt proceſſus ab vno ſingulari ad aliud.

Cur Rethor vtatur exemplo, & enthymemate.

*Controuer. 3. ſuper eod. tex. primo.*

ASſerit Ariſtot. inductionem monſtrare vniuerſale, ex eo quod ſingulare notũ ſit; Oppoſitum colligitur ex ipſo in hoc primo Poſt. cap. 17. vbi docens demonſtrationem vniuerſalem eſſe potiorem demõſtratione particulari, hæc profert verba, Cognito vniuerſali, cognoſcitur & ſingulare ad minus potentia, ſingulari verò cognito, nec actu, nec potentia cognoſcitur vniuerſale; Contradictio hæc plerisq; fuit moleſta; Ei ſic occurrerem, ꝙ cognito ſingulari ideſt minus vniuerſali propoſitione, minimè cognoſcimus propoſitionẽ magis vniuerſalẽ nec actu, nec

An Inductio monſtret vniuerſale ex ſingulari noto

nec potentia ſub ratione propria; vt exempli gratia, ſi cognouerimus omnes homines in particulari eſſe riſibiles, adhuc nõ cognoſcemus propoſitionem vniuerſalem ſub propria ratione .ſ. omnem hominem eſſe riſibilem, ſed tantum per accidens; non negaret tamen Phyloſophus ex ſingularibus propoſitionibus nos aſſentire propoſitioni vniuerſali, ac eam aliquo modo cognoſcere, licet non ſub propria ratione, & hoc eſt quod voluit Ariſt. in præſenti, dum dicit inductionẽ mõſtrare propoſitionem vniuerſalem ex ſingulari, ſẽſus erit, ꝙ inductio manifeſtat quoddam modo; Nec quis mihi obijciat, principia cognoſci inductione, vt teſtis eſt Ariſt. 6. Ethic. ac in fine 2. Poſt.; Quia cum principia ſint nobis cognita ex cognitione terminorũ, aſſentimus tamen eis inductione, non autem ea ſub ratione propria inductione cognoſcimus; Poſſum etiã aliter huic contradictioni ſatisfacere, & dicere Ariſtotelẽ infrà Cap. 17. allegato voluiſſe propoſitionem vniuerſalẽ cognoſci ex cognitione alicuius propoſitionis particularis non actu, quia & ſi cognoſcat quis omnem hominem eſſe ſẽſibilem, ex hoc non ſequitur illum cognouiſſe omne animal eſſe ſenſibile actu, nec potentia etiam cognoſcet omne animal eſſe ſenſibile, quia & ſi ap-

plicauerit propoſitionem illam minus vniuerſalem alteri propoſitioni, nō fiet cognitio huius propoſitionis vniuerſalis, omne animal eſſe ſenſibile, ita ꝙ (potentia) reſpicit applicationem; at cognita propoſitione magis vniuerſali, cognoſcimus minus vniuerſalem potentia, eo ꝙ ſi propoſitio magis vniuerſalis applicetur minus vniuerſali, ſtatim minus vniuerſalis fiet nota, quod exemplo manifeſtatur, omne animal eſt ſenſibile, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt ſenſibilis; ex hac enim propoſitione magis vniuerſali, omne animal eſt ſenſibile, cognoſsimus hanc, omnis homo eſt ſenſibilis, .ſ. per applicationē; non negaret tamen Ariſt. ex pluribus propoſitionibus ſingularibus nos poſſe deuenire in cognitionem propoſitionis magis vniuerſalis.

*Controuer. j. ſuper contex. 2.*

An præcognitiones ſint tantum duæ.

DVas eſſe præcognitiones manifeſtè aſſerit Ariſt. quas vocat, ſi eſt, & quid eſt; Cui dicto obſtat primò Ariſt. ipſe in principio 2. Poſt. vbi docet ſi eſt, & quid eſt, eſſe quæſtiones, ſeu quæſita, quomodo igitur ſunt præcognitiones, cū præcognitio, & quæſtio quàm maximè differant; Obſtant etiam rationes ab ipſomet Ariſt. deſumptæ; Tria .n. ſunt præcognita, ergo præcognitiones erunt

tres, conſequentia deducitur, quia præcogni tiones ſpecificantur à præcognitis, & actus p obiecta diſtinguuntur, dixit Ariſt. 2. de Ani. tex. 33. Amplius complexo, & incomplexo nihil commune datur, at ſi eſt quod aptatur ſubiecto eſt incomplexum, ſi eſt vero quod de dignitate prænoſcitur eſt complexũ, ergo ipſi ſi eſt complexo, & incomplexo non dabitur quid cõmune, igitur erunt plures præcognitiones quàm duæ; Accedit, q quæſtiones ſunt quatuor, igitur quatuor erunt præcognitiones, cum quæſtio, & præcognitio ſint oppoſita, & quoquomodo ad inuicem referãtur, quot autem modis dicitur vnum oppoſitorum, tot modis dicitur & alterum; Addas, q vltrà duas præcognitiones datas ab Ariſt. hic, datur præcognitio qua prænoſcimus qualis ſit res, & quanta, igitur plures præcognitiones quàm duæ; Addas etiam q datur præcognitio qua præcognoſcimus rem non eſſe, de qua Auerroes hic in Paraphaſi mentionem fecit, plures igitur erunt quàm duæ; Ex altera parte ſententia eſt Ariſt. clara, qui dicit tantum duas eſſe; Prò maiori iſtius controuerſiæ dilucidatione, ſic procedendum eſſe duxi; Primo manifeſtare, An præcognitio ſit, ſecundo quid ſit, quotq; ſint eius ſpecies; demũ affere cauſam cur tantum ſint duæ præcogni-

tiones, vltimo, inſtãtias adductas è medio tollere; Quo ad primum, An præcognitio ſit; Reſpondeo, neceſſarium eſſe dari præcognitionem anteq̃ aliquid perfectè cognoſcamus, cuius ratio eſt, quia id quod à nobis perfectè debet cognoſci, aut eſt complexum, aut incomplexum; ſi complexum, per demonſtrationẽ cognoſcitur, quæ demonſtratio abſq; inquiſitione, aut quæſtione haberi non poteſt, cũ nõ erigamus demonſtrationem niſi ſuper re prius à nobis dubitata, vel ignota, omnis autem dubitatio eſt ex aliqua præcognitione; quoniam nullus quærit ſcire id quod omni ex parte ignoratur, nempè & quo ad nomen, & quo ad rem, quare via reſolutiua à notione finis incipiente, qui eſt ſcire, conſtat præcognitionem eſſe; Sed quid eſt præcognitio? Dico, ꝙ ſi vim vocabuli intueamur, Præcognitio nil aliud valet, quàm cognitio ante cognitionem, indè præcognoſcere eſt ante cognoſcere, indè eſt quòd omnia ea quæ ſunt neceſſaria ante aliquam cognitionem, præcognitiones dicuntur; Sed nè ita fusè loquamur de præcognitione, ſic eam poſſumus deſcribere; Præcognitio eſt præhabita cognitio omniũ, vel aliquorũ in ſimul cum rei manentia; Hæc ſententia colligitur ab Ariſtot. in hoc Primo, Cap. 18. vbi ſcriptum reliquit, ſcientiam de

An præcognitio ſit.

Quid ſit præcognitio.

ſuo

ſuo ſubiecto inueſtigare principia, partes, & affectiones, alioquin ſermo periret, & rei diſputatio; In quibus verbis tetigit etiam permanentiam, cum dixit, proprietates de ſubiecto inquiri; cuius ſubiecti permanẽtia eſt ſupponenda, aliter artificis labor vanus, & fruſtrà eſſet; Quot autem ſint præcognitionis ſpecies, quod fuit tertium in ordine propoſitorum declaro; Auerroes in Com. 1. iſtius primi, & in tractatu de Rethorica demonſtratiua duas facit præcognitionis ſpecies, vnam quam vocat agentem, alteram verò dirigentem, & vtramq; vult eſſe in vtroq; ſciendi inſtrumento, & vtraq; ſic poteſt deſcribi; Præcognitio agens, eſt quæ effectiuè producit ſcientiã cõcluſionis; Præcognitio dirigens, eſt quæ ad quæſitum prænoſcẽdum nos dirigit, quæ duplex eſt, An eſt, & quid eſt; Sed quæ eſt cauſa quòd præcognitionis dirigentis duæ ſint ſpecies? Nonnulli neoterici inter quos eſt Sueſſanus, dicunt duas eſſe, quia tria sũt præcognita, nempè datum quod ſic à græcis dicitur, à Latinis verò ſubiectum; Secũdum præcognitum à græcis dicitur quæſitum, à latinis paſsio; Tertium eſt dignitas, de qua dignitate non poſſumus prænoſcere, quid eſt, cum ſit complexa, & complexorum non ſit diffinitio, quocircà de illa prænoſcimus q. ſit vera;

Quot ſint ſpecies p̃cognitionis.

Quid ſit præcognitio agẽs.

Quid ſit præcognitio dirigens.

Cur tantum ſint duæ ſpecies præcognitionis dirigentis.

Opinio Recẽtiorum, & Sueſſani.

de quæſito non poſſumus prænoſcere quod ſit, cùm hoc demonſtratione ipſa ſit probandum, igitur tantum prænoſcemus quæſitum quo ad quid eſt; Ipſum autem datum, ſeu ſubiectum vtroq; prænoſcetur modo, cũ ſit demonſtrationis materia, & materia vtramq; poſtulet prænotionem, neceſſe enim eſt ſupponere ꝙ ſit talis materia, & quid ſit; Qui ſic dicentes q̃ maximè errare videntur, volunt enim duas eſſe præcognitiones, quia tria ſũt præcognita; Contra, præcognitum non eſt cauſa præcognitionis, ſed ẽ contra, præcognitio eſt cauſa præcogniti, materia enim nõ eſt cauſa formæ, ſed ẽ contra, forma eſt cauſa materiæ; natura etiam prius eſt ꝙ ſint duæ præcognitiones, demum tria ſint præcognita; Adhuc decipiuntur, cum dicũt de dignitate nõ prænoſci aliud quàm quod ſit, cùm etiã de ea quid ſignificat prænoſcatur, ſicuti infrà Cap. 8. declarabit Ariſt. Omiſsis itaq; multis alijs reſponſionibus, affero tres rationes, quarum prima eſt, Duæ ſũt præcognitiones, quia duo ſunt quæſita ſumma, præcognitio enim antecedit quæſitum; Duo eſſe quæſita principalia, teſtatur Ariſt. 2. huius Cap. 1. vbi quatuor quæſita ad duo reuocat, ad eſſe rei, & ad cauſam rei; quod eſſe rei eſt duplex, alterum abſolutum, alterum cum aliqua paſſione, exẽ

Confutatur Neoterici, & Sueſſanus.

Vera ſolutio.

plum primi, vt an ſit homo, an ſit Deus; exemplum ſecundi, an homo ſit riſibilis; Cauſa rei etiã in duas diuiditur, in quid ſit, & propter quid ſit, ſicq; ad duo quæſita ſumma omnia alia reducuntur, quare duæ erunt præcognitiones neceſſariæ, ſi enim quærimus An res ſit, tunc neceſſe eſt ſcire quid ipſa res ſignificet; Si etiam quærimus an talis ſit res, neceſſe eſt ſcire quid ſignificat illud quod afficit, & denominat, quòd verò ſit illud quod denominat, probandum eſt per cauſam; Ad ipſum autem quid eſt, neceſſe eſt ſcire ipſum ſi eſt, & quid ſignificat; Ad ipſum verò propter quid, neceſſe eſt habere aliquam veritatẽ alicuius principij, ex qua certi ſumus poſſe probare; quare cum quatuor illa quæſita ad duo præcipua reuocentur, nempè ad eſſe rei, & ad cauſam rei, propterea duæ erũt præcognitiones; Secunda cauſa eſt, Quia de re ipſa tria poſſumus quærere, eſſentiam, exiſtentiam, & propria accidentia; ad eſſentiam præſupponimus an ſubiectum ſit, & cuius ſit eſſentia, & quid ſit; Exiſtentia rei præſupponit ſignificationem rei, de qua quærimus an exiſtat, Ad accidentia propria, præſupponimus eſſe aliqua principia vera ex quibus certi nos poſſumus fieri poſſe demonſtrationem; Tertia cauſa eſt; Ea quæ prænoſci debẽt, vel ſũt

complexa, vel incomplexa; ſi complexa, iſta prænoſcimus eſſe vera, quia in his veritatem principaliter desideramus; Si verò ſint incō plexa, vel eorum eſſe eſt nobis notum, ſicq; vtroq; prænoſcuntur modo, & quo ad ſi eſt, & quo ad quid eſt, vel eorum eſſe eſt nobis ignotum, & de ipſis tunc quid eſt prænoſcitur, at eſſe probantur; Poſſunt aliæ cauſæ cogitari, ſed hæ ſufficiant. Accedo ad ſolutionem argumentorum, quæ vt facilius diluātur notandum eſt, Ariſtotelem aſſerērem duas eſſe præcognitiones, ipſum non loqui de quibuſcumq; prænotionibus, ſed de illis tantum ex quibus prænoſcuntur illa, quæ demōſtrationem conſtituunt; quas præcognitiones dicit eſſe duas ſcilicet neceſſarias, ad differentiam earum quæ ſunt vtiles, quam ſententiam ſignificare volens, dixit (dupliciter autē neceſſarium eſt præcognoſcere;) addas q̄ loquitur in vniuerſali, quia in particulari ſeu vt applicantur rei prænoſcendæ, ſunt longè plures, immò tot sūt numero, quot ſunt ea, quibus ipſæ applicātur præcognitiones; Quibus præmiſsis inſtantiæ adductæ tolluntur; Prima ceſſat, quia non eſt inconueniens vnum, & idem eſſe quæſtionem, & præcognitionem, diuerſimodè conſideratum, nam ſi eſt, & quid eſt, ſi conſiderentur reſpectu rei notæ, ſunt præ-

cogni-

cognitiones, ſi verò conſiderentur reſpectu rei ignotæ, ſunt quæſtiones, ſicq; Ariſtotelis ſententia vtrobiq; eſt vera; Secunda tollitur, quod præcognitiones in vniuerſali acceptæ, ſunt tantum duæ, at in particulari, ſtat quod ſint plures, ſicq; eſt in propoſito, præcognitiones .n. vt refferuntur ad præcognita, ſunt tres, quæ ſi in vniuerſali conſiderentur, erunt tantũ duæ, quæ tribus illis præcognitis applicantur ſecundum modum quem docet Ariſt. in textu, Cum dicitur in tertia, complexo, & incomplexo nihil datur cõmune; Omitto ſolutionem quam dat Appolinaris, & dico, complexo, & incomplexo non dari commune vniuocum, benè datur commune ſecundum proportionem, ſeu analogum; Quarto argumento Scotus, & Latini ſatisfaciunt, negando aſſumptũ, immò duas eſſe quæſtiones aſſerũt, & per cõſequens duas tantum præcognitiones; Quæ ſolutio eſt reijcienda, quia dum dicunt duas eſſe quæſtiones, loquũtur quo ad modum inquirendi, cum omnes inquirant, an mediũ ſit, vel quid ſit tale medium, ſicuti docet Ariſt. 2. huius; at abſolutè loquendo, vt ibidẽ docuit, ſunt quatuor; Non recedendo itaq; à fundamento dicto, aſſerendum eſt, præcognitiones in vniuerſali acceptas eſſe tantum duas, at in particulari, ſtat quod ſint plures, ſicq; eſt in

præſenti,

præſenti,ſunt enim quatuor, prò vt ipſis applicantur quæſtionibus; vel neganda eſt illius argumenti conſequentia; & cum dicitur, Quot modis dicitur vnum oppoſitorum tot modis dicitur alterum; Dicẽdum eſt tale propoſitionem non eſſe verã niſi vt in pluribus; & hæc fuit Ariſt. ſententia 5. Ethic. Cap. primo, vbi hæc habuit verba; (At verò plerũq; ſequitur, ſi alterum pluribus dicatur modis, & alterum pluribus dici modis;) Nõ fecit mẽtionem Ariſt. de præcognitione quà præcognoſcitur qualis ſit res, vel quãta, quia huiuſmodi præcognitiones non deſeruiunt præcognitis conſtituentibus demonſtrationem, de quibus nunc tantũ loquitur, vt iam notatum eſt; Qua etiam ratione omiſsit præcognitionem qua prænoſcimus rem nõ eſſe, de qua meminit Auerroes, quia non eſt neceſſaria in ſcientia, cumq; ſermo eius ſit de præcognitionibus, quibus præcognoſcuntur ea quæ conſtitüunt demonſtrationem, & præcipuè affirmatiuam, Sed ex quo præcognitiones hæc ſunt duæ, quæret quis an inter illas ſit ordo; Cui ſic inquirenti erit reſpondendũ hac præmiſſa diſtinctione, ꝙ duplex eſt cognitio, vna ex præceptore, alia ex nobis met ipſis per inuentionem; Si ſermo ſit de cognitione quæ eſt à præceptore, ſit iſta concluſio; Præcognitio

An inter præcognitiones ſit ordo.

quid

quid nominis præcedit præcognitionẽ ſi eſt; Et hæc concluſio præcipuè intelligatur de præcognitione quid nominis quæ explicat id quod ſignificatur per nomen tantũ,& hoc ad differentiam quid nominis quod per effectus traditur, quod non eſt neceſſarium præcedere ipſum ſi eſt; Et hæc concluſio probatur authoritate Ariſt. 4. Metaph. tex. 11. vbi dixit,(Nobis eſſe neceſſarium præcognoſcere quid ſignificat nomen.) Quam regulã obſeruauit Ariſt. 4.Phy. in tractatu de vacuo,de quo inquirens an ſit in rerum natura, dixit eſſe præ accipiẽdum quid ſignificetur per hoc nomen (vacuum.) Ratione etiam comprobatur dicta concluſio; Cuilibet quæſito correſpondet aliqua præcognitio,quæ præcedit illud quæſitum,at ſi eſt cum ſit quæſitum, ergo ipſum præcedit aliqua præcognitio, quæ nulla alia eſſe poteſt,quàm precognitio quid nominis; Ex qua concluſione poteſt inferri ipſum quid nominis poſſe ſciri ignorato ipſo ſi eſt,& hæc fuit ſententia Ariſtot. 2. huius Cap. 3. Si vero ſit ſermo de cognitione quæ fit ex nobis met ipſis per inuentionem, tunc ſtat oppoſitum, ipſum enim ſi eſt præcedit ipſum quid nominis,quæ concluſio ſic probatur,Nihil prohibet aliquem cognoſcere rem aliquam eſſe,& oculis illam inſpicere, quid

verò ſignificat nomen illius ignorare, immò, & nomen illius proprium, & hanc ſententiã fortaſsè voluit Auerroes in Cõment. magna, dum dixit, ipſum quid nominis præcedere ipſum ſi eſt, aliquando verò è contrà, ipſum ſi eſt antecedit quid nominis; Ex quibus ſic declaratis ſequitur Auerroem minimè ſibi eſſe contrarium; Paucioribus verbis concluſiones dictæ poſſunt dillucidari, & dicere, ꝙ ipſum ſi eſt confusè, & indiſtinctè præcedit quid nominis, at diſtinctè, & ordinatè quid nominis præcedit ipſum ſi eſt.

*Cnntrouer. 2. ſuper eodem contex. 2.*

An tantum ſint tria præcognita.

TRia eſſe præcognita ſatis clarè colligitur ex iſto tex. 2. ſed clarius adhuc colligirur ab Ariſtot. infrà Cap. 8. vbi de præcognitis ex propoſito, ſeu ex principali intentione differit, de quibus hic per accidẽs habet verba, vt enim doceat duas eſſe prænotiones de illis affert exẽpla, licet ſub proprijs nominibus ea nõ nominet, videlicet ſubiecti, paſsionis, ac dignitatis; Sed quicquid ſit, tria tantum eſſe præcognita ab Ariſt. hic colligitur; Cui ſententiæ aduerſari videtur Ariſt. in tex. ſubſequenti, vbi videtur connumerare concluſionem inter præcognita, videtur enim aſſerere concluſionem eſſe notam in vniuerſali, ignotam verò in particulari ac ſub propria

forma,

forma, ſi ſic, concluſio igitur eſt quoquomodo præcognita. plura igitur quàm tria erunt; Adde ꝙ medium eſt præcognitum ante concluſionem, ac ipſam demonſtrationẽ, ergo plura ſunt præcognita quàm tria, vt patet, aſſumptum nulla eget probatione: Vt horum ſit facilis ſolutio, ſciendum eſt ꝙ Ariſt. tantũmodo loquitur de illis præcognitis, quæ ante concluſionis demonſtrationem prænoſcũtur, ſeu de his quorum cognitio immediatè ordinatur in notitiam concluſionis; Et tunc reſpondendo formaliter tertio argumento, negatur aſſumptum, nempè medium eſſe præcognitũ, cum ſit inueſtigatum, & quæſitum, cumq; etiã Ariſt. in 2. huius det methodum venãdi diffinitionem, quæ eſt mediũ in demonſtratione; Et ſi quis dicat, medium ſaltem eſſe præcognitũ quo ad quid nominis, eo quia ſi non, non ſciremus medium inuenire, nec inuentũ demonſtrationi applicare; Dicendum eſt, vt iam ſupra eſt notatum Ariſtot. loqui de illis præcognitis, quorũ cognitio immediatè ordinatur in notitiam concluſionis, præcognitio autem quid nominis medij non ordinatur in concluſionem, ſed dirigitur ad inuentionẽ medij, ac ad ipſius debitam præmiſſarum applicationem; Vel dicendum eſt, præcognita principalia eſſe tria tantum, inter quæ mediũ

De quibus præcognitis loquatur Ariſt.

ratio hæc; Quod demonſtratur non præſupponitur, multæ dignitates demonſtrantur, ergo non præſupponuntur, & per conſequens de eis non præcognoſcitur, ꝙ ſint veræ: Mi: propoſitio probatur, quoniã ſunt multæ præmiſſæ demonſtrationem potiſsimam ingredientes, quæ ſunt demonſtrabiles, immò cõclusionis notitiam non generant, niſi poſtquàm ſunt demonſtratæ: Adde ꝙ nulla ſcientia particularis conſiderat dignitates, igitur nec ſi eſt de ipſis prænoſcet; Adde etiam ꝙ antiqui negarunt prima principia, (vt de quolibet eſt verum affirmare, vel negare,) Qui tamen aſſentiebant ipſis concluſionibus, igitur non erit neceſſarium ſupponere de dignitatibus ꝙ ſint veræ ante concluſionis notitiam, ſicut hic, & infrà Cap. 8. affirmat Ariſt. ac omnes eius expoſitores conſentiunt, & Latini, & Græci, & Arabes; Quod etiam ratio confirmat, cum veritas concluſionis à veritate præmiſſarum formaliter demonſtrationem ingredientium dependeat, pariterq́; à veritate dignitatum, ergo de illis oportebit præſupponere ꝙ ſint veræ; Prò faciliori ſolutione eſt notandum de quibus dignitatibus loquatur Ariſt.; ac quomodo demonſtrationem ingrediantur; Dignitates in duplici ſunt differentia, quædam ſunt quæ propriè dicuntur di-

Dignitates in duplici sũt differentia.

gnitates quædam verò impropriè; Dignitates quæ verè, & propriè dicuntur dignitates ſunt propoſitiones indemonſtrabiles, & per ſe notæ, quarum veritati quilibet apræhenſis terminis neceſſario aſſentit; Dignitates impropriè, ſunt omnes præmiſſæ concluſionem aliquam inferentes, ſiue ſint indemonſtrabiles, ſiuè demonſtrabiles, reſpectu enim concluſionis habent rationem principij; De quibus omnibus intellexit Phyloſophus, licet de primis tantummodo exemplificet; Et huius dicti ratio hæc eſt, ꝙ eſſe concluſionis, ac eius veritas ab illis dependet, ſineq; eis eſſe non poteſt, depẽdet enim tàm à veritate præmiſſarum formaliter ingredientium demonſtrationem, quàm à veritate primarum dignitatum, ideò ante concluſionis notitiam de vtriſq; debet præſupponi quòd ſint veræ; At quomodo demonſtrationem ingrediantur, eſt dicendum; Notum eſt ꝙ si loquamur de dignitatibus ſecundo modo acceptis, ꝙ formaliter, & actu ingrediuntur; Sed si de primis dignitatibus ſit ſermo, omnes conueniunt ꝙ virtualiter; Sed quo modo virtualiter? Sũt plures modi dicendi; Quidam dicunt virtualiter ipſas ingredi demonſtrationem, adhuc ſẽſum, quoniam niſi quis aſſentiret primis dignitatibus, non poſſet aſſentire alijs præmiſ-

Quomodo dignitates ingrediantur demonſtrationem.

ſis,cum enim illæ dignitates ſint magis veræ, qui fidem non præſtat magis vero,impoſsibile videtur ipſum fidem adhibere minus vero: Alij dicunt q; ingrædiuntur demonſtrationem virtualiter,prò quãto ipſe demonſtrator in uirtute debet aſſentire ipſis primis principijs, & dignitatibus;licet non actu ipſis aſſentiat;quod dictum poteſt dupliciter intelligi, vno modo q; ipſe demonſtrator actualem habuerit cognitionem, & aſſenſum illarũ in habitu ; vel eſto q; non habuerit actualem aſſenſum,vel cognitionem de dignitatibus,tamen demonſtrator ita debet eſſe diſpoſitus, q; ſi dignitates adducantur,illis ſtatim aſſẽtiat appræhẽſis terminis: Alij dixere, ipſas dignitates virtualiter ingredi demonſtrationem, quia faciũt nos infallibiliter aſſentire concluſioni ; exempli gratia,huic concluſioni,( omnis homo eſt riſibilis, ) aſſentio ratione præmiſſarũ,ſed virtute huius primæ dignitatis(de nullo in ſimul licet affirmare, & negare,)cognoſco impoſsibile eſſe,hominem non eſſe riſibilem,&tunc infallibiliter,& magis certè ſcio illam concluſionem, quare non ſolum ſcio q; homo eſt riſibilis, ſed etiam cognoſco ſuum oppoſitum eſſe impoſsibile; Quibus declaratis, reſpondeo rationibus, & primæ dico, q; ratio formalis primarum di-

gnitatum,quatenus dignitates ſunt,eſt ꝙ ſint indemonſtrabiles,& perſe notæ,ꝙ ſi demonſtrentur, eſt per accidens, ſicq; rationem non habẽt dignitatis,& principij,ſed tunc potius gerunt vicem concluſionis,Ariſt. autem dum dixit,de dignitatibus prænoſci ſi eſt,loquutus eſt de ipſis dignitatibus ſub ſua propria ac formali ratione acceptis,nempè,vt dignitates ſunt;Cum dicitur,ꝙ nulla ſciẽtia particularis conſiderat dignitates ; Reſpondendum eſt cum Ariſt. in Cap.7. huius primi; vbi dixit,ſcientias particulares vti ipſis dignitatibus non in ſui cõmunitate,ſed quatenus appropriatæ ſunt ſuæ materiæ,Ad vltimum dico,ꝙ ſi Antiqui negarũt prima principia,hoc fuiſſe,qa benè illa non intellexere, impoſsibile autem eſt ipſis fidem non præſtare benè intellectis;Vel eſt dicendum, ore ipſa negaſſe,vt.ſ.proteruirent,at corde nequaq̃.

*Controuer.4.ſuper eodem contextu.2.*

An de dignitatibus prænoſcatur quid;

VIdetur adhuc Ariſt.ſibi cõtrarius hic, & infrà Cap.8. Hic dicit de dignitate prænoſci ꝙ ſit; ibi dixit, de dignitatibus neceſſe eſt accipere ꝙ ſint,&quid ſignificẽt;Themiſtius ibidem dixit,Proloquia vtrũq; deſiderare quid, & quia , aut igitur Ariſt. hic diminutus, aut ibi ſuperfluus ; Ioannes Gra: vidit hanc difficultatem,cui ſatisfaciens

dixit,de dignitatibus vt dignitates ſunt,non prænoſci quid eſt,eo quia ſunt complexæ,& complexorum nõ eſt quid; quod ſi ibi affirmauit,hoc eſt ratione terminorum;Aliter poteſt reſponderi,ꝙ præcognitio dignitatis eſt duplex,vna eſt neceſſaria,&hæc eſt,ꝙ de ipſa præcognoſcatur ꝙ ſit; Alia non neceſſaria, & eſt quid nominis dignitatis,de vtraq; ibi loquutus eſt, quia ibi ex propoſito diſſerebat dè præcognitis ipſius demonſtrationis; hic verò de vna tantum, quia incidentaliter de illis diſputat, vt nempè doceat duás eſſe tantum prænotiones,& potius de iſta prænotione hic facit mentionem,q̃ de illa,quia hæc eſt prænotio dignitati neceſſaria, magis q̃; ſuo propoſito deſeruiens;

*Controu. 1. ſuper tex. 3.*

An ſingulare coſnoſcatur eſſe tale, præcognito prius vniuerſali:

VVlt Ariſt. nos cognoſcere ſingulare eſſe talè,prius præcognito ipſo vniuerſali; Huius oppoſitum habet Ariſt. 2. huius verſus finem, vbi vult, vniuerſale cognoſci ex ſingularibus ; Ex quibus videtur ſequi,idem eſſe cauſam cognitionis ſui ipſius,quod ſic deducitur, ſi ſingulare eſt cauſa, ꝙ vniuerſale cognoſcatur,& è cõtrà,vniuerſale eſt cauſa ipſius ſingularis, & quicquid eſt cauſa cauſæ,eſt cauſa ipſius cauſati,igitur ſingulare erit cauſa cognitionis ſui ipſius;Opus

eſt ſcire, Ariſt. hic per vniuerſale intelligere propoſitionem vniuerſalem, per ſingulare verò propoſitionem ſingularem, vt autem huius rei veritas habeatur, altius exordiendum eſt, dicendum q; eſt, de numero propoſitionum vniuerſalium, aliæ ſunt indemonſtrabiles, ac in ſcientijs principia, aliæ verò sũt demonſtrabiles, ac concluſiones; ſi ſint propoſitiones indemonſtrabiles, ac ſcientiarum principia, & ſi non ſemper, ſaltem vt in pluribus cognoſcuntur per inductionem, ac ex cognitione propoſitionũ ſingulariũ, vt docuit Ariſt. in fine. 2. huius, ac in Proœmio Metaph: & tunc illa ſingularia ſunt cauſa vt illæ propoſitiones vniuerſales cognoſcantur quo ad nos, ſeù à poſteriori, talia verò vniuerſalia non ſunt cauſa vt à nobis cognoſcantur talia ſingularia, quæ fuere cauſa cognitionis vniuerſaliũ, cũ iam eſſent cognita, ſed ſunt cauſa vt cognoſcantur aliqua ſingularia, quæ ſub illis vniuerſalibus continentur, quæ latebant, & non fuere cauſa cognitionis vniuerſalium; Poſſumus etiam aſſerere, vniuerſalia eſſe cauſam cognitionis ſingularium, ex quibus facta fuit cognitio vniuerſaliũ, videlicet à priori, itaq; ex ſingularibus cognoſcimus vniuerſale tamq̃ à poſteriori, ex vniuerſali verò ſingulare, vt à priori, & tunc non ſequitur idem

eſſe

eſſe cauſam cognitionis ſui ipſius, eo ꝙ ſingularia ſunt cauſa cognitionis vniuerſalium tamq̃ ab effectu, ideo nòn dicuntùr cauſæ illius cognitionis, cuius dicũtur vniuerſalia eſſe cauſas, cum vniuerſalia ſint cauſæ à priori; Si verò ſint propoſitiones vniuerſales demonſtrabiles, ſi perfectè ſciri debẽt, neceſsarium eſt, vt per ſua principia vniuerſalia cognoſcantur, cum ſcire ſit rem per cauſam adæquatam cognoſcere; Si verò ex ſingularibus propoſitiones illæ cognoſcantur, imperfecto modo dicentur cognoſci à nobis, ſingularia verò talium propoſitionum, cum illæ propoſitiones ſciantur per demonſtrationem, cognoſcuntur ex ſuis vniuerſalibus, & ipſa non ſũt cauſa cognitionis vniuerſalium; Si verò tales propoſitiones vniuerſales nobis aliquo modo cognitæ eſſẽt ex propoſitionibus ſingularibus, tunc erit dicendum id, quod dictum eſt de propoſitionibus indemonſtrabilibus reſpectu ſuorum ſingularium; His intellectis, facio ſatis difficultati, dicoq; Ariſt. loqui de cognitione ſingulariũ, quæ nobis ignota ſunt, quorum vniuerſalia cognoſcuntur per ſingularia, ergo ſingularia nobis ignota non poſſunt cognoſci per vniuerſalia iam nota, hoc eſt falſum; Nec ſequitur idem eſſe cauſam cognitionis ſui ipſius vt dictum eſt:

*Controuer. 2. ſuper contex. 3*

An ſingulare prædicetur de altero

DIcit Ariſt. in eodem textu; ſingulare de nullo prædicari; quam eandem ſententiam in Ante Præd. Cap. 2. habuit ſub illis verbis; (ſimpliciter autẽ quæ ſunt indiuidua, & vnum numero de ſubiecto nullo dicuntur;) In Cap. de Subſtantia dixit, (A prima ſubſtantia nulla fit prædicatio,) at prima ſubſtantia eſt ſubſtantia ſingularis; In principio Secũdæ ſect. Libri Perhyer; dixit Ariſt. (Vniuerſale eſt illud, quod eſt natũ de pluribus prædicari, ſingulare verò ꝙ non;) Oppoſitum huius habet Porphyrius in Prædicab. Cap. de Genere, vbi dixit, (Indiuidua tãtum de vno prædicari.) Solutio eſt, Porphyrium eſſe loquutum de prædicatione indirecta, ſeu præter naturali Ariſtotelis autem authoritates adductæ ſunt intelligendæ de prædicatione naturali, ac directa; Nec eſt ꝙ quis obijciat, indiuiduum de ſeipſo prædicari ſecundum naturam, ac directè, hac ratione ductus, ꝙ ſicut æquale de æquali ſecundum Porphyrium prædicatur naturaliter, & directè, ſic etiam à fortiori idem de ſe ipſo poterit naturaliter prædicari, conſequentia probatur, quia maior eſt connexio eiuſdem ad ſeipſum, ꝙ̃ æqualis ad æquale; Adde, Boetiũ dixiſſe, nullam eſſe veriorem prædicationem ꝙ̃ quando

do idem de ſe ipſo prædicatur; Quia ſẽper erit dicendum, idem de ſe ipſo indirectè, ac præter naturam prædicari; ſuperius verò de inferiori, vel æquale de æquali ſecundum naturã, ac directè; Quòd idem de ſeipſo indirectè prædicetur, ratio hæc eſt; in omni bona prædicatione, ac vera, ſemper debet explicari quid ignotum, at in prædicatione in qua idem de ſe ipſo dicitur, nihil ignotum exprimitur, cum ſubiectum non ſit diuerſum à prædicato, igitur talis prædicatio erit indirecta; Authoritas verò ex Boetio accepta, & quam illi conmuniter allegãt, nullius eſt roboris, cum nulibi talis authoritas in Boetio legatur; nam pluries opera Boetij legi, (quod abſq; iactantia ſit dictum,) nec vnq̃ talem propoſitionem ipſum proferrentem adinueni; nec illi, qui eam adducunt, adinuenient, indè eſt, q; illi non afferunt locum vbi talia habuerit Boetius verba; vt tamen ipſi ſuam cõprobẽt opinionem falſam, talem ex Boetio allegant propoſitionẽ, quæ nulibi in operibus Boetij adinuenitur:

*Controuer. 2. ſuper eodem contex. 3.*

VErba hæc habet Ariſt. in tex. 3. (Eſt autem cognoſcere quædam prius cognoſcentem, quorũdam verò in ſimul accipientem doctrinam, vt quæcũq; cõtingunt

eſſe ſub vniuerſalibus;) Ex quibus verbis duo colliguntur;primum eſt, ſingularia contingenter eſſe ſub vniuerſalibus; Secundum, ipſorum ſingularium eſſe doctrinam; Vtriq; dicto ratio obſtare videtur,quæ dictat ſingularia ex neceſsitate contineri ſub vniuerſalibus,quæ ratio etiam dictat ipſorum ſingularibus non eſſe doctrinam, nec diſciplinam, cum ſint corruptibilia;Quod etiã voluit Porphyrius in Prædicab.Cap. de Specie,vbi dixit ex authoritate Platonis,Indiuidua ab arte eſſe excludenda,cũ ipſorũ nõ ſit doctrina; Prima ceſſat,adnotãdo hoc verbũ(cõtingere) dupliciter in doctrina Ariſt. accipi,vno modo vt idem eſt quod accidere,quo modo hic non accipitur; Alio modo, vt idem eſt, quod neceſſario eſſe, quo in ſenſu accipiendum eſt verbum illud in præſenti textu, & ſenſus erit,(contingunt) ideſt neceſſario ſunt; Quo etiam modo accepit verbum(contingit)in Primo Priorum dum diffiniuit ſyllogiſmum,pariter & in Primo Phy. tex. primo. ( Qm̃ cognoſcere,ac ſcire contingit)ideſt, neceſſe eſt, Prò ſolutione ſecundæ, admittendum eſt,ſingularium eſſe doctrinam,ſed nõ ſimpliciter, ſentiat vt vult Sueſſanus in expoſitione iſtius propoſitionis, (omnis doctrina, )ſimiliter erit admittendum, propoſitionem ſingularem

An ſingularia contingenter ſint ſub vniuerſalibus:

An ſingularium ſit doctrina;

rem ingredi ſyllogiſmum,at quia rarò illum ingreditur,cum ipſorum ſingularium ſimpliciter, ac propriè non ſit doctrina, hinc eſt Ariſt.non habuiſſe ſermonem in Primo Priorum de propoſitione ſingulari.

*Controuer.ſuper tex. 4.*

Cur utatur illis duobus verbis, (Cuius habẽt,& cuius acceperũt;)

IN iſto textu.4. verba hæc habet Ariſt. (Atqui ſciũt quidem cuius demonſtrationem habent,& cuius acceperunt)In quibus verbis dè ſuperfluitate videtur eſſe redarguendus, cum vtatur illis verbis, ( Cuius demonſtrationem habent, & cuius acceperunt,) quæ verba videntur idem importare, cuius ſignũ eſt, quòd infrà ea replicãdo,tantum reaſsumit illam particulam,(Acceperunt autem)& omittit illam,(Cuius habẽt,)ex quibus videtur poſſe colligi verba illa primò poſita idem ſignificare;quòd ſi diuerſum ſignificent,tunc videtur dimminuitus,cum tantum particulam dictam repetat,alteram verò omittat;Nec ſuperfluus, nec dimminimus eſt Ariſt. ſuperfluus non,quia verba illa diuerſa ſignificãt,cũ enim demõſtratio partim ex nobis metipſis ſit, ſeu ab intrinſeco, partim verò ab alio,ſeu ab extrinſeco, ideò volens hoc ſignificareAriſt.vſus eſt illis duobus verbis , dum enim dicit,( Cuius demõſtrationem habẽt ) dat intelligere demonſtrationem ex

nobis

BIBLIOTECA N. ROMA VITTORIO EMANUELE

nobis metipſis,ac ab intrinſeco haberi,per illa verò verba ſubſequentia,(& cuius acceperunt,) innuit demonſtrationem haberi etiam ab alio,ſeu ab extrinſeco;Et quia vt in pluribus ab extrinſeco habetur demonſtratio à nobis,ſeu ab alio,ope .n.& auxilio præceptoris aquiritur,ideo tantum verbum illud( Acceperunt)reaſſumpſit:

*Controuer. 1. ſuper tex. 7.*

An rectè Ariſt. præmittat diffinitionẽ ſcire diffinitioni demonſtrationis:

IN initio iſtius textus ſeptimi, qui eſt principium Cap. 2. diffinit Ariſt. ipſum ſcire,antequã diffiniat demonſtrationem,de qua eſt ſua intẽtio tractare; Obiurgandus videtur eſſe circà ordinem ab ipſo ſeruatum, cum.n. ſcire ſit effectus demonſtrationis, vt conſtat clarè ex diffinitione ipſius,quæ eſt,ꝙ Demonſtratio eſt ſylogiſmus faciens ſcire, & omnis effectus ſit poſterior ſua cauſa,ſcire igitur ipſa demonſtratione erit poſterius, prius igitur demonſtratio erat diffinienda,ꝗ ipſum ſcire,cuius totum oppoſitum facit,in ordinatus igitur ꝗ maximè videbitur philoſophus noſter Ariſt;Ex altera autem parte,ꝗ maximè laudandus eſt de ordine hic ab ipſo obſeruato; Cum .n. ſcire ſit finis demonſtrationis, & finis neceſsitat omnia quæ ſunt ad finẽ;Inſuper cum artifex non operetur niſi fine præcognito,ex teſtimonio Ariſt.3.Ethic.Cap.3.iure

igitur

igitur meritò volens Ariſt. de demonſtratione tractare, exorſus eſt à diffinitione ſcire; Vt autem argumentum è medio tollatur, eſt notandum non eſſe inconueniens vnum, & idem eſſe effectũ, & finem, ſub diuerſis rationibus, at ſub eadẽ ratione profectò eſt inconueniens, quod exemplo declaratur, ſanitas eſt finis medici, eiuſdem quoq; eſt effectus, ſed diuerſimodè, ſanitas.n. vt eſt intenta à medico, eſt eius finis, quatenus verò eſt acquiſita, eſt eiuſdem effectus, pariter & in præſenti eſt dicendum de ipſo ſcire, quatenus.n. eſt intentum ſic eſt finis, at quatenus eſt acquiſitũ, eſt effectus; Sed ſtatim quis replicabit, ſcire eſt finis intellectus noſtri ſcientiam inquirentis, qui igitur fieri poterit ꝙ ſic finis demonſtrationis, cũ vnum, & idem diuerſorum finis eſſe non poſsit; Argumentum concludit vnum & idem eodem modo conſideratum diuerſorum finem minimè poſſe eſſe, at diuerſimodè ſumptum nequaq̃ obſtat, & ſic eſt in propoſito; ſcire nãq; eſt finis intellectus noſtri ſciẽtiam inquirẽtis, finis nempè proximus, ac inmediatus; demõſtrationis quoq; erit finis, ſed remotus, quatenus intellectus noſter mediante demonſtratione ſcientiam ipſam conſequitur:

Idem eſſe poteſt finis, & effectus.

Quomodo ſcire ſit finis demonſtrationis, ac intellectius noſtri.

*Controuer. 2. ſuper eodem contex. 7.*

Iterum

Quod ſcire ſit diffinitum ab Ariſt;

Iterum videtur Ariſt. de ordine damnandus, ac ſuorum præceptorum inmemor; Præceptum.n.tradidit hoc in primo Elench.ad principium, ac primo Cœli tex.100. Omne æquiuocum, ac omne varias habens ſignificationes prius fore diuidendum, q̃ diffiniendum, quod præceptum minimè ab ipſo hic eſt obſeruatum, cum enim ex cōmuni omnium interprætum ſententia ſcire diuerſimodè accipiatur, prius igitur connumeranda erant eius ſignificata, ad hoc vt poſſet colligi ſignificatum ab ipſo diffiniendum, at cum diffiniat ſcire, nulla præmiſſa ipſius diſtinctione, inordinatus eſſe videbitur, ac ſuorũ præceptorũ immemor, dubium quoq; erit, quod nam ſit illud ſcire quod ab ipſo diffinitur; Quod ſcire ſit multiplex, hoc declarandum eſt; Latini ferè omnes hic à Lincon: accipiẽtes conſtituũt quadruplex ſcire; Primum eſt commune; quod nil aliud eſt, q̃ cognitio cuiuſcunq; veritatis, ſiuè illa ſit neceſſaria, ſiuè contingens; ſiuè fiat ſenſu, ſiuè intellectu; Secũdum eſt proprium, quod nil aliud eſt, q̃ cognitio veritatis, quæ vt plurimum, vel vt ſemper euenit, quod ſcire in philoſophia naturali eſt familiare, cum ipſa ex maxima ſui parte verſetur circà entia contingentia vt plurimum, vel vt ſemper euenientia; Tertium dicitur magis

Quotuplex ſit ſcire ſecundum Latinos.

proprium

proprium, quod nil aliud eſt, q̃ cognitio demonſtrationum, & principiorum mathematicorum, quæ omnes, concluſiones, vel ferè omnes magna ex parte non ſciuntur potiſsima demonſtratione, cum principia ſint interdum remota à concluſionibus; Quartum, & vltimum, eſt maximè proprium, quod aliud non eſt, q̃ habere cognitionem veritatis pendentem à cauſa nõ ſolum in cognoſci, ſed etiã in eſſe; Themiſtius ſtatuit tantum duplex ſcire, conmune, & proprium; Cõmune vocat quodcunq; ſcire, ſiuè habeatur ex accidentibus, vt ſcire demonſtrationis quia; ſiuè habeatur ex cauſis proximis, vt eſt ſcire demonſtrationis propter quid ſiuè ex quacunq; alia cognitione, vt habitus principiorũ, quod ſcire principiorum omittunt Latini, quemadmodum etiam eſt ſcire diffinitionum; Proprium vocat illud ſcire Themiſtius quod eſt effectus demonſtrationis potiſsimæ; Auerroes in tractatu de Rhetorica demonſtratiua diuidit ſcire in conceptiuum, ſeù formatiuum, & in ſcire aſſertium, ſeù verificatiuum; Cõceptiuum vocat ſcire diffinitionis, diffinitio .n. ſolet vocari conceptus rei; quod etiam vocat formatiuum, quia diffinitio eſt forma; Verificatiuum vocat ſcire demonſtrationis, quòd ſic dicitur, quia verificare, & aſſerere tunc maxime dicitur,

Quotuplex ſit ſcire ſecundũ Themiſtiũ.

Quotuplex ſit ſcire ſecundum Auerroem.

tur,quãdo tribuimus vnum alteri per cauſam ſuam;Quod ſcire aſſertiuum erit triplex alterum demonſtrationis quia,alterum demõſtrationis pp quid, alterum demonſtrationis potiſsimæ;primum erit quãdo cauſa dicet quod vnum alteri coniungitur;ſi verò dicat propter quid coniungatur erit ſecũdum;at ſi cauſa ſimul vtrunq; dicat, & quod coniungitur, & propter quid,erit ſcire aſſertiuũ per demõſtrationem potiſsimam; Soluendo tunc difficultatem propoſitam,dico ꝙ inſequendo diuiſionem Linc. diffinit ſcire vltimum quod maximè propriũ ab ipſo dicitur; Secundum diuiſionem Themiſtij, diffinit ſcire proprium;Iuxtà diuiſionem datam ab Auerroe,diffinit ſcire verificatiuum, ſeũ aſſertiuũ, quod eſt per demõſtrationem potiſsimam; Sed iterum reſpõdeo formaliter difficultati propoſitæ,& nego Ariſt.ſuorũ præceptorũ eſſe inmemorẽ, nec ſua ſeruare præcepta, immò illa obſeruat,ipſorum q̃; eſt memor;quia anteq̃ afferat diffinitionem ſcire, prius notat ſe loqui de ſcire ſimpliciter, ideſt propriè accepto, quod ſcire ſimpliciter nõ eſt ſcire ſophyſtico modo;quod ſcire ſophyſticum eſt per accidens,ideò illæ tres particulæ ita ſe habent ꝙ vna eſt alterius explicatiua, illa enim particula(& nõ ſophyſtico modo)explicat ſcire ſimpliciter,

pliciter,illa verò (& non ſecundum accidēs) eſt explicatiua illius,( & nō ſophyſtico modo,) Apparet itaq; Ariſt. manifeſtare de quo ſcire loquatur, cum ſit multiplex, vt ex eius apparet verbis; Ex quibus omnibus colligatur bræuiter Ariſt. diffinire ſcire proprium ſumptum prò cognitione cōplexa ipſius cōcluſionis,quod fit per cauſam proximam, & neceſſariam,& hoc rationi eſt ſatis cōſonum, ſi enim diffinit ſcire vt præcognitum eſt demonſtrationis,ergo diffiniet ſcire demōſtratiuum,quod eſt coplexum,& per cauſam proximam,& neceſſariam; Et inde eſt ꝙ Sexto Ethic.Cap:de Scientia,diffiniens ſcientiam dixit,ſcientia eſt habitus acquiſitus per demōſtrationem,Addit, (ſicut diximus in Analyticis,ideſt in hoc Primo Poſt.Cap.2.Sed vlterius eſt animaduertendum ꝙ hoc ſcire dictum bifariā accipi poteſt, vno modo prò actu ſecūdo, vt cum actu ſcimus per demonſtrationem, de quo ſcire actu loquutus eſt Primo Ethic. verſus finem,dum dicebat, ( ſapientem differre à ſtulto per dimidium vittæ,) quia ſapiens dum dormit nō ſcit,.ſ.actu;Alio accipitur modo,prò actu primo, ſiue prò habitu ipſius ſciētiæ, quē habitū ſcientiæ, ſeù quod ſcire actu primo habet ſapiens dum dormit, dubitabit ille quod ſcire diffiniatur; Dicendum eſt

ꝙ dif-

ꝙ diffinit vtrunq;, principaliter tamen ſcire prò habitu;cũq; diffinitio vtriq; ſcire conueniat,non erit mirum,ſi prius diffiniuit ipſum, nullo habito de hac diſtinctione verbo, cum .n. diffinitio alicuius multiplicis cõuenit omni ſub illo contento,ſemper præponitur diuiſioni illius.

*Controuer. 3. ſuper eodem contex. 7.*

An ſcire ſit rectè ab Ariſt. diffinitũ;

DIffinit Ariſt. ipſum ſcire, nempè conplexum,ſeu demonſtratiuũ,vt iam dictũ fuit,tali diffinitione;(Eſt cognoſcere rẽ per cauſam,per quã res eſt,& quoniã illius eſt cauſa,quæ non cõtingit aliter ſe habere;) In qua diffinitione ponit quinq; particulas, quarum prima eſt( cognoſcere) quæ ſtat loco generis,cum omne ſcire ſit cognoſcere, non è contrà;cæteræ ſtant loco differentiæ; licet .n. ſcire ſit cognoſcere, non eſt tamen quodlibet cognoſcere,ſed eſt cognoſcere rem per cauſã: ad differẽtiã eorũ quæ cognoſcuntur per effectum;ſed adhuc ſcire non eſt quodlibet cognoſcere rem per cauſam, ideò addit ſecundam differentiam; .ſ. (per quam res eſt) ideſt per cauſam proximam, ad differentiam eorũ quæ cognoſcuntur per cauſam remotam; ſed adhuc ſcire non est quodcunq; cognoſcere rem per cauſam proximam, ideò addit tertiam differentiam(& quoniam illius est ca-

uſa, ideſt per cauſam determinatam; quia ad hoc ꝙ quis ſciat, non ſat eſt, ꝙ cognoſcat rem per cauſam, per quam res eſt, hoc eſt, proximam, ſed opus eſt ꝙ cognoſcat illam cauſam proximam eſſe cauſá illius effectus determinatam adeò ꝙ ille effectus non poſsit ab alia cauſa produci, & hoc, ad differentiam eorum quæ cognoſcũtur per cauſam indeterminatá, quod præcipuè ipſis antiquis eueniebat, qui cognoſcebāt lunā ecclipſari per interpoſitionē terræ inter ſolē, & luná, quæ interpoſitio eſt cauſa per quam ecclipſis eſt, ignorabāt tamen ecclipſim produci ab illa interpoſitione terræ, ideò ob hoc non habebát ſcientiam de ecclipſi lunæ; Addit vltimam particulá, (quæ nō cōtingit aliter ſe habere,) cuius sēſus eſt, ideſt per cauſam neceſsariam, cauſa namq; quæ nō cōtingit aliter ſe habere, eſt cauſa neceſſaria; Et hanc addit, ad differētiam illorum quæ cognoſcuntur per cauſas accidentales; Quare ſenſus totius diffinitionis ſcire, ipſum bræuiter colligētes, erit talis; Scire eſt cognoſcere rem, ideſt effectū per cauſam proximam, determinatam, ac neceſſariam; Cuius diffinitionis particulas aperire primò volui, adhoc vt cōtradictiones, & difficultates quæ sūt afferēdæ ſint clariores; Primo obiciet ille, quomodo ſcire per diffinitionem excludatur à

ſcire conplexo,ſeù demonſtratiuo,quod diffinitum eſt ab Ariſt. hic, cum etiam ſcire inconplexum,ſeù per diffinitionem,ſit cognoſcere rem per cauſam proximam, determinatam,ac neceſſariam;Similiter quæret,quomodo ſcire principiorũ ſit differens à ſcire prædicto quod eſt per demonſtrationem; Pariter eſt difficultas,quomodo poſsit Aiſt.diffinire ipſum ſcire,cum ſit concretum,& nullum cõcretũ poſsit diffiniri; Tertio videbitur Ariſt. ſibi contrarius hic, & primo Phy. textu primo,vbi diffiniens ſcire,dixit ꝙ eſt cognoſcere per cauſas,hic verò dicit per cauſã, in ſingulari,ibi in plurali loquutus eſt;Quartò videbitur Ariſt.ſibi cõtrarius hic,& Primo Metaphy. tex. 18. ſecundum Alex. vbi dixit, (Tũc ſcimus, cum primam cauſam cognoſcimus;)conſimilẽ ſententiam etiam voluit primo Phy.tex.primo præcitato vbi dixit,(Tunc enim arbitramur vnũ quodq; ſcire, cum primas cauſas cognouerimus,) quam particulam (primã) omittit hic,vt patet. Accedit adhuc Ariſt.ſibi contrarium videri hic,& Sexto Ethic.Cap.de Sciẽtia,vbi diffiniens eam dixit, (Sciẽtia eſt cognitio rei æternæ aquiſita per demonſtrationem;)quæ diffinitiones ſatis diuerſæ inter ſe videntur eſſe; Adde,quomodo ſcire poſsit diffiniri à Logico, & à Phyloſopho

pho morali, cum Logicus, & Moralis philoſophus ſint artifices q̃ maximè diuerſi; Vltimò quæret aliquis, An hæc diffinitio ſit quid nominis, an quid rei; in hoc .n. Expoſitores ſũt maximè diuerſi; Quo ad primum, profectò ita videtur eſſe, in præſenti diffinitione nullã eſſe poſitã particulam, per quam ſcire per diffinitionem ſit diſtinctum à ſcire demonſtratiuo, & huius forſitan cauſa fuit hæc, quia nundum erat notum, an diffinitio faceret ſcire; ſi tamen volumus illud ſeparare, non poſſumus credo aliter dicere, q̃ vt iam dictum eſt, quod diffinit ſcire complexum, quod eſt per cauſam proximam, determinatam, ac neceſſariam, at ſcire per diffinitionem eſt ſcire inconplexum; Et hoc ſcire complexum cum ſit per cauſam, excludit ſcire principiorum quod eſt ſine cauſa, cum enim ſint prima, carent cauſa, inde eſt ꝙ ipſorum propriè non eſt ſcientia, ſed dicuntur cognoſci habitu illo, qui dicitur intellectus, qui eſt melior habitus, q̃ ſit ſcientia; Quam ſcientiam diffiniens hic, diffinit ſub termino iſto (ſcire) at non accipit ſcire vt concretum eſt, ſed in abſtracto prò ipſa ſcientia, ideò ſicut dicit ſcire eſt cognoſcere, dicatur ſcientia eſt cognitio rei, et quæ ſequũtur; At ſi per ſcire intelligit ſciẽtiã cur potius diffinit ſcire, q̃ ſciẽtiam. Satisfacit

Ioannes Gra.& rectè dicẽs, quia ſcire eſt nobis notius q̃ ſciẽtia, cũ cõcretũ ſemper ſit notius abſtracto; Quo ad tertium, negare non poſſumus ꝙ Ariſt. non ſit ſibi contrarius quo ad verba, at ſecundum rem, minimè eſt concedendum Ariſt. ſibi contrariari, quia hic, & ibi eſt concors ꝙ ſcire ſit cognoſcere rem per cauſam, licet ibi in plurali, hic verò in ſingulari ſit loquutus, in verbis igitur tantum ſit cõtrarietas, cuius cõtrarietatis cauſa fuit hæc, cum enim ibi in Primo Phy. accepiſſet illam propoſitionem in plurali( Omnis methodus habens principia, vel cauſas, vel elementa, cognoſcitur ex horum cognitione,)quam volens ibidem confirmare, dixit,( Tunc arbitramur vnum quodq; ſcire cum primas cauſas cognouerimus,&c.)ſicq; vt confirmatio corresponderet propoſitioni aſſũptæ, loquutus fuit in numero plurali, quare contrarietas tãtum erit in verbis, ſi qua eſt, in re, nequaq̃, vt patet; Cum autem in primo Metaph. dixerit, ( tũc ſcimus cum cauſam primam cognoſcimus;).per cauſam primam ibi intellexit cauſam proximam, ſeu formalem, quam particulam hic ponit ſub illis verbis,(propter quam res eſt,) cauſa enim propter quam res eſt, eſt cauſa proxima, quæ eſt formalis; quam principaliter hic intelligit,& cum hoc ſtat ꝙ om-

nes intelligat cauſas, ſed principaliter ipſam audit formalem quia forma, eſt per quam res principaliter habet eſſe; Nec erit dicendum Ariſt. ſibi eſſe contrarium hic, & Sexto Ethic. quia ſcire poteſt biſſariam conſiderari, vno modo vt habitus eſt, ſic q; ad Phyloſopũ moralem pertinet ipſum diffinire, Alio modo, vt finis eſt. demonſtrationis, ſicq; ad Logicum. Et hoc modo Artifices diuerſi poſſunt ipſum ſcire, ſeù. ipſam ſcientiam diffinire; quod cum ita ſit, non erit mirum ſi diuerſimodè ipſum ſcire, ſeù ſcientia diffiniatur ab Ariſt. hic, & ibi; ſi enim ſcire, ſeù ſcientia conſideretur vt habitus, qui habitus eſt circà res, & per aliquod inſtrumentum aquiritur à nobis, ipſius erit danda diffinitio, quam dat ibi Sexto Ethic. Quòd ſcire ſi conſideretur tantum penes id quod cauſat ſcientiam, erit diffiniendũ eo modo, quo hic diffinitur ab Ariſt; Quæ diffinitio eſt formalis, vel ſaltem gerit vicem formalis in reſpectu aliarum, quia ex ea omnes aliæ ipſius ſcire, ſeù ſcientiæ diffinitiones ſequuntur; Quam diffinitionem hic potius afferre voluit Ariſt; quia magis ſuo conferebat propoſito, ipſi nempè demõſtrationi de qua ſibi erat animo tractare, ex ea ꝙ infert diffinitionem demonſtrationis; Addendum eſt ꝙ ſcire poteſt aliquando diffiniri penes finem

tantum, quomodo ſi conſideretur, dicemus q; ſcire, ſeu ſcientia eſt cognitio concluſionis gratia veritatis; Quo ad vltimam difficultatem; q̄ plurimi Latinorum voluere diffinitionem hic traditam eſſe quid nominis, cū quid rei aſsignare ſit munus Metaphyſici, & non Logici; Addūtq; omnis diffinitio explicans quid rei, datur per proprium genus, ac per proprias differētias, quibus diffinitio hic aſsignata caret; Addidit Ægidius q; Ariſt. volens hoc ſignificare vſus fuit verbo illo (opinantur) Crediderim hanc diffinitionem eſſe quid rei; & quod mouet me, eſt hoc præcipuè, quia ea vſus eſt in omnibus locis ipſe Ariſt. Nulibi q; perfectiori modo diffiniuit ipſum ſcire q̄ hic, ſicut paulò ſuprà dixi, dum dicebam hanc diffinitionem ſcire eſſe formalem, vel ſaltem obire vicem formalis propter rationes adductas; Accedit, q; in hac diffinitione reperitur proprium genus, quod eſt cognoſcere reperiūtur etiā propriæ differētiæ, quæ alijs explicātur particulis, ſicut in initio iſtius difficultatis declaraui; Adde, q; diffinitioni quid nominis ſemper poteſt aliquid addi, vel diminui, at huic nihil adiūgi poteſt, nec ab ea auferri; igitur erit quid rei: Id quod dixit Ægidius, Ariſt. vti hoc verbo (opinamur) nihil eſt; Eo.n. verbo vſus eſt,

vt

vt daret intelligere hanc diffinitionem eſſe deſumptam ex omnium communi conſẽſu, cũ enim vult Ariſt. nobis ſignificare ſe alicuius diffinitionis fuiſſe authorem, vti conſueuit his verbis,(dico; vel ſit,)vt in Primo Priorũ, dum diffiniuit terminum, ſimiliter in Primo Phy.contex.82.diffiniens materiam primam, quod notarunt ferè omnes Græci locis allegatis; Quid ſi aliquando vtatur verbo(opinamur,)hoc eſt propter rationem adductam, vel gratia modeſtiæ Phyloſophicæ, vel quia in confirmanda tali diffinitione efficaciſsimis non fuit vſus rationibus, quemadmodum nec in confirmando præſentem ſcire diffinitionẽ; Nec rationes eorum quicq̃ cogunt; ſi enim Metaphyſicus loquatur de ipſo ſcire, hoc eſt ſub ratione qua ens, at Logicus ipſum conſiderat, prò vt eſt finis demonſtrationis; In hac etiam diffinitione reperitur propriũ genus, reperiuntur etiam propriæ differentiæ, ſicut iam eſt declaratum, idcircò talis diffinitio ſit quid rei, & non quid nominis.

*Controuer. ſuper tex. 8.*

DIffiniens Ariſt. demõſtrationem dicit, Demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire; Cui diffinitioni plura obſtant; primo hæc diffinitio non conuenit cuilibet demonſtrationi, non enim conuenit demonſtra- An Demonſtratio ſit ſyllogiſmus faciens ſcire;

 tioni

tioni qa, nec demõſtrationi quæ ducit ad impoſsibile, omnis autem bona diffinitio debet competere cuilibet contento ſub diffinitio; Accedit, ꝙ illa particula (ſyllogiſmus) obſtare videtur Ariſt. Primo huius Cap. 7. vbi docet dari diffinitionẽ, quæ eſt tota demõſtratio ſola differens poſitione, quæ diffinitio nõ eſt ſyllogiſmus; Adde, ꝙ ſyllogiſmus eſt genus remotum demonſtrationis, & oĩs diffinitio quæ datur p genus remotũ eſt vitioſa; genus autem proximum ipſius, eſt demõſtratio quæ compræhẽdit demõſtrationem quia, & propter quid; Adde etiã, illam particulã (faciẽs ſcire) eſſe malè poſitã; & primo; Quia ſi demõſtratio faceret ſcire, demonſtratio igitur erit nobilior ipſa ſciẽtia, quia omne agẽs eſt nobilius ſuo effectu, quod affirmare omnibus repugnat; Inſuper, omne quod ponitur in diffinitione debet prædicari in recto caſu de ipſo diffinito, at ſcire non prædicatur in recto caſu de demõſtratione, quia nullus dicet ꝙ demonſtratio ſit ſcire. Vltimò, Ariſt. videtur cõmittere circulũ, cum in diffinitione demõſtrationis ponat ſcire, quod ſcire diffinitur per demonſtrationẽ ab ipſomet. 6. Ethic. Cap. de Scientia; Vt hæc à quolibet de facili poſsint diſſolui, ſunt hæc cõſideranda; Et primò Ariſt. non diffinire omnẽ

&

& quálibet demonſtrationem, duplex. n. eſt demonſtratio, alia quæ dicitur q͂a, altera verò propter quid; Demonſtratio quia eſt illa, quæ ꝓcedit ab effectu, & ſimiliter quæ procedit à cauſa remota, ſub qua etiam cõpræhendo vna cum Auerroe demonſtrationem ducentem ad impoſsibile; Demõſtratio ꝓpter quid eſt duplex, alia quæ dat cauſam, & eſſe, alia quæ dat cauſam tantum; Hic Ariſt. tantum modo diffinit demonſtrationem propter quid dantem cauſam, & eſſe, vel ad minus dãtẽ cauſá, quæ etiam ex ſui natura poterat dare eſſe, hæc .n. eſt illa quæ proprie facit ſcire, cæteræ verò minimè; Modus autem quo demõſtratio propter quid facit ſcire, eſt iſte, demonſtratio cauſat ſcientiam, tamq̃ via, & inſtrumentum, ſed non vt principale agens, hinc eſt ſcientiam dici terminum demonſtrationis; Quale verò ſit agens principale quod cauſat ſcientiam in nobis, licet iſtud declarare nõ ſit munus Logici, quia tamen eſt ſcitu dignũ, breuibus qd ſentio in mediũ propono, dico q́ eſſe intellectum vna cum rebus ipſis intelligibilibus, qui generat in nobis ſcientiam; Quare concludo diffinitionem hanc ſoli demonſtrationi propter quid, quæ ſimpliciter, ſeu propriè eſt demonſtratio conuenire; Quæ diffinitio licet ſit data per finem, quia tamen finis

Demonſtrationis duæ ſunt ſpecies.

Demonſtratio ꝓpter quid eſt duplex.

Quomodo demõſtratio ꝓpter quid faciat ſcire.

gerit vicem formæ, teſte Ariſt. 2. Phyſ. ac 5. Metaph. dicente formam, & finem coincidere, hinc eſt quod ab omnibus expoſitoribus hæc demōſtrationis diffinitio dicitur formalis; Addatur, q̃ in his diffinitionibus per finalem cauſam datis non eſſe neceſſariū quālibet partem diffinitionis prædicari in recto caſu de diffinito, ſed ſat eſt q̃ prædicetur in obliquo; Ex quibus diluuntur inſtantiæ adductæ, Et prima ceſſat, Ariſtot. enim non eſt dimminutus, & ſi hæc demonſtrationis diffinitio non conueniat cuilibet demonſtrationi, quia iam dictum eſt, Ariſt. non diffinire quamlibet demonſtrationem, ſed tamtummodo demonſtrationem ſimpliciter, & quæ ſit illa iam conſtat; Secūdæ ſatisfacio, q̃ ſicut datur diffinitio quæ eſt tota demonſtratio ſola differēs poſitione, ita & illa diffinitio eſt ſyllogiſmus, quia omnis demonſtratio eſt ſyllogiſmus, ſed non ē contrà; illa autem diffinitio quæ eſt tota demonſtratio differens poſitione eſt demonſtratio in potentia, cum in illa reperiantur omnes illi termini, qui neceſſarij ſunt in demōſtratione, pari modo dicitur ſyllogiſmus potentia; Et ſi quis quærat, quænam ſit talis diffinitio; Dicam cum Ariſt. primo huius Cap. 8. & 2. huius Cap. 2. q̃ eſt illa, quæ includit in ſe diffinitionem forma-

lem, & materialem. Ad aliam rationem, facilis eſt ſolutio ſi inſequamur Græcos, qui negant demonſtrationem quia eſſe demonſtrationẽ, ex quo ſequitur demonſtrationem illã in cõmuni non eſſe illius genus proximum ac nominatum; Si autem quis velit tueri Latinorũ opinionem dicentium demonſtrationẽ in cõmuni ſub ſe continere demonſtrationẽ quia, & propter quid, dicet Ariſt. non poſſuiſſe talem demonſtrationem in diffinitione demonſtrationis, ne videretur idem per idem diffinire; Et quamuis demonſtratio ſit ſyllogiſmus faciens ſcire, ob hoc non eſt nobilior ipſa ſcientia, eo quia concurrit vt agens inſtrumentale, quod eſt ignobilius ſuo effectu, at agens principale eſt illud quod eſt nobilius; Propoſitio autem illa, omne quod ponitur in diffinitione debet prædicari in recto de diffinito, eſt falſa, quia in diffinitione data per finem non habet veritatem, quemadmodum eſt præſens diffinitio, licet gerat vicem quodam modo formæ; Et quamuis Ariſt. in diffinitione demonſtrationis ponat ſcire, & è contrà in diffiniaione ſcire ponat demonſtrationem, ob hoc non eſt damnandus, quia vt ipſe dicit 6. Top. cui ſubſcripſit Porphyrius in Cap. de Specie, ea quæ ad inuicem refferuntur mutuò ſe diffiniunt, & ideò cum demonſtratio, & ſcire ſint

re ſint huiuſmodi,non erit incōueniēs ſi vnū ponatur in diffinitione alterius, & è contra; Sed prò majori notitia,quæret quis,cur Ariſt. volens hic diffinire demōſtrationem nō diffiniuit prius ſyllogiſmū ſimpliciter,ratio dubitandi erit hæc,quia talem obſeruauit ordinem Primo Top. & Elench. In primo .n. Topicorum volens diffinire ſyllogiſmum dialecticum prius attulit diffinitionem ſyllogiſmi ſimpliciter,pariter & in primo Elench. præmittit diffinitionem ſyllogiſmi ſimpliciter diffinitioni ſyllogiſmi ſophyſtici;Dicendum eſt, rationem diuerſsitatis eſſe hanc, quia in Lib. Priorum immediatè hos præcedentibus diffiniuit ſyllogiſmum ſimpliciter, quā diffinitionem demum fuit coactus repetere in Lib. Top. & Elenchorū, & eam ad memoriam reuocare, cū tales Libri Libris Priorum non eſſent continui; Ex quibus colligatur Libros Priorum, & Poſt. eſſe connectendos, immò ad inuicem adeò eſſe connexos, vt conſtituant vnum totale volumen, Quod etiā confirmari poteſt ratione deſumpta ex illorum inſcriptione, cum omnes inſcribantur reſolutiui; Quod etiam adhuc confirmatur ratione iſta, qa Ariſt. in initio Primi Priorū poſſuit intētionem ſuam in vtriſq; .ſ. in Libris Priorū, & Poſt. Adde, ꝙ in Cap. penultimō Secūdi poſt.

Cur Ariſt. volens diffinire demonſtrationē non prius diffiniuit ſyllogiſmum.

epi-

epilogans determinata, recenſuit ea de quibus in vtriſq; libris egit; Secundum quod eſt colligendum eſt hoc, Libros Topicorum non eſſe præferrẽdos Libris Poſt. ſicut falſò cenſuit Appolinaris, qui merito à nobis fuit damnatus in Lib. de Primis Principijs Logices, in ſimul cum alijs ipſum inſequentibus:

*Controuer. 1. ſuper tex. 9.*

IN iſto præſenti textu, ac in præcedenti, ſibi primò videtur Ariſt. eſſe contrarius, in tex. enim. 8 præcedenti confirmauit ex cõmuni omnium conſenſu diffinitionem ſcire fuiſſe rectè aſsignatam, hic verò conditionaliter loquitur, dum dicit, ( ſi itaq; ſcire eſt vt poſſuimus, ) ſic loquendo, videtur dubitare an ſcire fuerit rectè diffinitum; Secundò, dubium eſt quomodo ex diffinitione ſcire poſſit inferre demonſtrationem conſtare ex veris, primis inmediatis, ac ex reliquis conditionibus, cum nulla illarum in diffinitione ſcire fuerit poſsita; Et ſicut ſolet dici, plus colligit Ariſt. q̃ diſſeminauerit: Prima difficultas tollitur ex verbis textus rectè intellectis, cũ difficultas ſtet in illa particula (ſi) quæ in doctrina Ariſt. plerũq; dicit certitudinem, & affirmatiuè accipitur, idẽ q; ſignificat q; (quia) quo etiã modo illam accipiunt Grãmatici dicẽtes, (ſi Deus eſt animus,) id eſt, quia Deus eſt

animus,

Quo modo ex diffinitione ſcire inferrat demonſtrationem eſſe ex veris, primis, &c.

animus, q̃doq; illa particula (ſi) ſtat cõditionaliter, primomodo illa particula eſt accipienda, adeò q̃ ſenſus ſit, (ſi ſcire eſt vt poſſuimus;) idèſt, quia ſcire eſt vt diffiniuimus; Ad alteram eſt dicendum, q; ſi tales conditiones explicitè, ſeũ manifeſtè non poſuerit in diffinitione ſcire, implicitè tamẽ, ac latenter eas inſinuauit, & hoc rectè à Themiſtio fuit declaratum, cũ enim ſcire ſit cognoſcere rem per cauſam, & demonſtratio ſit ſyllogiſmus faciẽs ſcire, faciet ergo ſcire ex cauſis; vlterius cum omnis cauſa ſub ratione qua cauſa ſit prior, ac notior ſuo effectu, demonſtratio igitur cõſtabit ex prioribus, & notioribus; Vlterius cũ ſcire nõ ſit cognoſcere per quácũq; cauſá, ſed tantum per illam, per quam res eſt, hæc autem cauſa ſit vera, ſitq; immediata, demonſtratio igitur ex veris, & immediatis procedet; Et quia cauſa quæ facit ſcire debet eſſe determinata, quod voluit Ariſt. per illa verba, (& quoniam illius eſt cauſa,) debet etiam eſſe neceſſaria, quod adhuc ſignificauit Ariſt. in illis verbis, (Quæ non contingit aliter ſe habere,) ſequitur igitur q̃ talis cauſa debet eſſe prima, ac neceſſaria, & ideo infrà tex. 44. ac in ſubſequentibus, probabit Ariſt. demonſtrationem conſtare ex neceſſaris; Nec erit quod quis admiretur ſi Themiſtius ordinans

nans iſtas conditiones, aliter eas q̃ Ariſt. in ordine diſpoſuerit; Dicit.n.Temiſt;(Demonſtratio eſt ex cauſis, prioribus, veris, primis, ac notioribus;) ſic nãq; loquutus eſt Themiſtius inſequendo diffinitionem ſcire; At Ariſt. in ſuo ordine inſequutus eſt ordinẽ naturæ, qui diuerſus ordo in re nihil facit, vnã. n. & eadem eſt ſententia; Nec eſt etiam ꝙ quis admiratione affitiatur de Ariſt. dicente, Demõſtrationem conſtare ex cauſis, cum in diffinitione ſcire ſit loquutus in ſingulari, dicens, (ſcire eſt cognoſcere rem per cauſam;) quia in ſenſu nulla eſt diuerſitas, ſed tantum in verbis, ſicut etiã fuit ſuprà declaratum in ſolutione controuer. 3. ſuper tex. 3. In plurali hic dixit demonſtrationem conſtare ex cauſis, vt nobis ſignificaret ꝙ cauſa ex qua procedit demonſtratio bis aſſumitur ante concluſionem, nempè in maiori, & minori propoſitione, ideo dixit (ex cauſis,)

*Controuer. 2. ſuper eodem contex. 9.*

DVm dicit Ariſt. (demonſtrationem cõſtare ex veris, primis, inmediatis, prioribus, notioribus, ac cauſis concluſionis;) ſibi aduerſari videtur hic, & Sextõ Top. vbi ſcriptum reliquit, omnem bonam diffinitionem traddi per notiora, hæc autem cum ſit data per ignota, reijcienda igitur erit; minor propoſitio

An diffinitio demonſtrationis illa, Demõſtratio eſt ex veris, primis, ſit recta:

propoſitio eſt ſatis euidens cum adhuc ſit nobis ignotum, quid ſit primum, immediatũ, ſic q; de alijs; Sub alijs verbis poteſt hæc difficultas formari, ſic dicendo: Ariſt. ſuorũ præceptorũ immemor videtur eſſe, quæ docuit ſuprà tex. 2. clarius verò infrà cap. 8. huius primi, in iſtis. n. locis docuit dè paſsione eſſe prænoſcendum quid eſt, at ipſe volens nunc docere demonſtrationem componi ex veris, primis, & ex reliquis quæ ſequuntur conditionibus, non præaccipit de illis, quid eſt, ergo non ſeruat ſuos cannones quos docuit, ſibi itaq; inconſtans videtur; Huic ſic obijcienti erit occurẽdum per ipſum met Ariſt. ibidẽ cap. 8. præcitato, vbi agens de præcognitis demonſtrationis, docenſq; modum quo prænoſcuntur dixit, De ſubiecto præcognoſci quid eſt, & quia eſt, de dignitate verò q̃a eſt, at de paſsione quid eſt; Ibidem addidit, non eſſe neceſſariũ ſemper huiuſmodi hæc principia ita prænoſcere, & dedit rationem hanc; quia aliquando ſunt adeò nota, ꝙ ſcientiæ deſpiciunt illa ſupponere; Sic quoq; in præſenti dicam, Ariſt. non prænouiſſe q̃d eſt de illis paſsionibus, eo quia erant quàm maximè notæ, ſicq; illas prænoſcere deſpexit; Cum autem dicebatur, omnem diffinitionem dari per notiora; Limitanda ſic erit ta-

lis propoſitio, Omnis diffinitio datur per notiora, addas, vel per ea, quæ debent fieri notiora in illa ſcientia, quæ limitatio erit addenda præcipuè cum vtimur ordine reſolutiuo, quo vtitur Ariſt. in præſenti, qui ordo reſolutiuus eſt, cum primò proponitur tota diffinitio, demum ſingulæ particulæ in ea poſitæ declarantur, quo etiã ordine vſus eſt Ariſt. in. 2. Phy. dum diffiniuit Naturam, pluribus q; alijs in locis vtitur; Sed adhuc imminet alia in dictis iſtis Ariſt. controuerſ. adnotanda; Sententia namq; Ariſt. fuit. 7. Metaph. quamlibet diffinitionem rectam tradi per proprium genus, & per vltimam differẽtiam, qua ſtante ſententia, tunc Ariſt. ſibi videtur hic contrarius, cum multiplicet tot differentias in diffinitione demonſtrationis, dum dicit, ipſam conſtare ex veris, primis, in mediatis, prioribus, &c. Niſi eſſet q; authoritas allegata veritatem habet, quotieſcumq; vltima rei differentia eſt nobis nominata, repræhendendus profectò videretur Ariſt; at quia vt in pluribus vltimæ rerum differentiæ ſunt nobis innominatæ, quas tunc cogimur multis differentijs circumſcribere, quemadmodum in præſenti facit Ariſt. ideo increpandus non eſt; Sed pro maiori dictæ diffinitionis dillucidatione, lege quæ ſequuntur:

An rectè ſit dictum ab Ariſt. demõſtrationé cõſtare ex primis,& ex prioribus.

*Controuer.3.ſuper eodem tex.9.*

CVm idem bis inutiliter replicatur,cõmitti vitium nugationis, cõmunis eſt omnium rectè phyloſophantium ſententia; Quo vitio videtur Ariſt. damnandus in præſenti diffinitione demonſtrationis, ſi enim demonſtratio conſtat ex prioribus, cui dubium eſt eam ex primis non conſtare? Regula Gramaticorum hoc confirmat, qui dicunt, gradum conparatiuum præſupponere poſitiuum; Adde, ſi demonſtratio conſtat ex cauſis, ergo ex prioribus, cum omnis cauſa, ſubratione qua cauſa ſit prior ſuo effectu;Ioannes Gra. in ſuo Comment. dixit, Ariſt. (p prima, & priora,)diuerſa intelligere,(per prima)intelligit principia in conmuni,(per priora) intelligit principia proxima, ſic q; ſaluat Ariſt.ab iſto vitio; Qui alio modo poteſt tueri, ſi conſideremus in hac diffinitione Ariſt.poſſuiſſe conditiones quæ conueniunt præmiſsis demonſtrationis abſolutè, & ſub propria ratione conſideratis, poſſuiſſe quoq; conditiones quæ eiſdem conueniunt præmiſsis ad concluſionem conparatis; Tribus primis conditionibus, nempè( ex veris,primis,inmediatis,)gaudẽt præmiſſæ demõſtrationis,ſi conſiderentur abſolute ſeũ ſub propria earum natura;Quæ ſi demum conſiderentur

tur in ordine ad concluſionem, obtinent tres vltimas, & ideò tres primas ponens, poſitiuè eſt loquutus; Dum verò poſſuit tres vltimas comparatiue; Argumento tūc formaliter reſpondeo; Cùm dicitur, ſi demonſtratio conſtat ex prioribus, igitur ex primis, admitto conſequentiam, ergo conmittit nugationē, hoc negatur, quia tres primæ particulæ conueniunt præmiſsis demonſtrationis ſimpliciter, ſeù ſub propria ratione conſideratis, ex ſui enim natura debent eſſe veræ, primæ, inmediatæ, tres vltimæ eiſdem conueniunt, prò vt conparantur concluſioni, reſpectu cuius ſunt priores, notiores ipſa concluſione, ſunt & eiuſdem concluſionis cauſæ; Cum vlterius dicitur, ſi demonſtratio coſtat ex cauſis, ergo ex prioribus, & notioribus, cum cauſæ ſint concluſione priores, ac notiores; Admitto, ergo fruſtrà addidit particulam illam, (ex prioribus, & notioribus, ) Negatur, quia vt iam dictum eſt, ponit tres illas vltimas conditiones, compatādo præmiſſas demonſtrationis ipſi concluſioni, quæ tribus modis poſſunt illi conparari, vno modo quo ad notitiam, alio modo quo ad prioritatem, tertio modo quo ad cauſationē, quos tres reſpectus volens Ariſt. diſtinctè explicare, dixit, (Ex prioribus, notioribus, ex cauſis cōcluſionis.

*Controuer. 1. ſuper tex. 10.*

Quid audiat Ariſtot. per nõ ens.

DVm probat Ariſt. Demonſtrationem conſtare ex veris, habet hæc verba, (Quoniam non ens non eſt ſcire,) In quibus verbis videtur ſibi contrarius hic, & in Primo Perhyer. Cap. de Nomine, hic enim videtur reddere (Ens) nomen infinitum, cum ſibi præponat negationem, quod tamen ipſi enti repugnat, cum nomen infinitum ſit illud quod ſignificat & ea quæ ſunt, & ea quæ nõ ſunt, ſicut ipſe docet loco præcitaro, quæ diffinitio nominis infiniti ipſi enti minimè cõuenit, nam ſi ipſi enti negatio præponatur, & dicatur (non ens) tantum modò ſignificabit ea quæ non ſunt, minime ea quæ ſunt poterit ſignificare; Ceſſat hæc difficultas, & alia etiã quæ à Latinis expoſitoribus in præſenti textu proponitur, qua quærunt, An de non ente habeatur ſcientia, ſi attendatur Ariſt. (per non ens) intelligere falſum, non autem id quod non eſt in rerum natura, quenadmodum Latini credidere; Et ꝙ hoc ſit verum, conſtat ex exẽplo quod affert in tex. Ariſt. dum dicit, (vt quod diameter ſit conmenſurabilis,) quod vocat non ens, ideſt falſum, & ideo illud non ſcitur; Nec eſt ꝙ quis admiretur, quo modo (per non ens) Ariſt. poſsit intelligere falſũ; Cum etiam in. 12. Metaph. tex. 11. &. 12.

ſecundum

ſecundum Alexandrum(per non ens) pariter intellexerit falſum; Quo intellectu ſtante, difficultates propoſitæ ceſſant;At ſi(per non ens, audit Ariſt. falſum; Quæret quis,An dè falſo habeatur ſcientia; Huius difficultatis ſolutio erit ſatis clara ex diffinitione ſcire ab Ariſt. data; Cum enim ſcire ſit rem per cauſã cognoſcere, ipſius verò falſi nulla ſit cauſa, de ipſo igitur falſo minimè erit ſcientia; Niſi quis vellit extendere nomen ſcientiæ ad ipſam cognitionem, quia ſic erit concedendum ipſius falſi eſſe ſcientiam, ideſt cognitionem, falſum nanqꝫ cognoſcitur à nobis eſſe falſum, at propriè ipſius nequaquàm erit ſciẽtia; Vel dicendum erit cum Ioanne Gram. falſum ſciri priuatiuè, ideſt, quod non eſt verũ, quemadmodum & infinitum ſcitur, quod non eſt finitum; Et ſi quis obijciat; Cognito vno contrariorum, cognoſcitur & alterum: Etiam, cõtraria ſunt ſimul natura, ergo ſi ipſius veri pariter ac ipſius finiti eſt ſcientia, ſic quoq; ipſius falſi, ac infiniti; Reſpondendum eſt, illas propoſitiones habere veritatem de contrarijs poſitiuis, ſicuti eſt album, & nigrum; calidum, ac frigidum, in contrarijs verò priuatiuis nequaquàm, ſicuti eſt verũ & falſum; Vel erit dicendum, verum & falſum inuicem non eſſe contraria, ſed eſſe oppoſita ſecũdũ

An de falſo habeat ſcientia.

priuationem, & habitum; Difficultati autem Latinorum etiam quòd non ſit ad propoſitũ, ſicut conſtat, erit reſpondendum, ea quæ non ſunt, in duplici eſſe diſcrimine; Quædam non ſunt ſimpliciter, quædam verò nõ ſunt complexè, ideſt non ſunt vera, nec falſa; Illa quæ non ſunt ſimpliciter, adhuc ſũt bipartita vel enim nõ ſunt, ſed eis repugnat eſſe, vt hyrcoceruus, tragelaphus; Vel non ſunt, poſſunt tamen eſſe; Et hæc, vel aliquando erunt, vt ecclepſis, & aliæ conſtellationes corporum cæleſtum; vel non ex neceſsitate erunt, vt grando, fulgur, & huius modi quæ in ſublimi fieri ſolent; Pariter dicendum eſt de his quæ ſũt falſa, quædam .n. ſunt ita falſa, quòd nũquàm poſſunt eſſe vera; Quædam verò ſunt falſa, quæ poſunt eſſe vera, ſed nunquàm erunt; Aliqua etiã ſũt falſa, quæ aliquãdo erũt vera, ac ex neceſsitate, vt luna æclypſatur; Alia ſunt falſa, quæ erunt vera, ſed non ita ex neceſsitate, ſed in tempore determinato, vt diluium eſt in Germania; His cognitis, facilè eſt quæſito ſatisfacere; Si enim ſit ſermo de his quæ non ſunt vel ſimpliciter, vel quæ non ſunt vera, ſed eis repugnat eſſe, erit dicẽdum de illis non eſſe ſcientiam, ſed tantum cognitionem, qua cognoſcimus ꝙ nõ ſunt, nec poſſunt eſſe; Si verò loquamur de his quæ non

An de ijs quæ non ſunt, habeat ſcientia.

ſunt,

ſunt, nec erũnt, de his cognitionem habemus, vel habere poſſumus ꝙ non ſint, ſcientiam autem minimè, cum talia ſint ſingularia, de quibus propriè non eſt ſcientia; At ſi ſermo ſit de his quæ non ſunt, ſed ex neceſsitate erunt, de talibus eſt ſcientia non ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione, cum ſcire ſit rem per cauſam cognoſcere, per quam res eſt; re autem non exiſtente quo modo poterit haberi ſciẽtia? Ideò Ariſt. Cap. 6. huius primi innuere videtur, ad deſtructionem rei ſcitæ, deſtrui & ipſam ſcientiam, & hoc, quia ſcientia eſt rei ſcitæ ſcientia, quo fit vt in Prædica. ad Aliquid affirmauerit Ariſt. ſcibili deſtructo, deſtrui etiam ipſam ſcientiam, eſt tamen ſcientia ex ſuppoſitione, quia cum res illæ erunt, ſemper illis conuenient proprietates, ac per eaſdem cauſas ſecum dum ſpetiem fient (Et hoc voluit ipſe Ariſt. Cap. 8. huius primi, vbi docet, ꝙ eorum quæ ſæpè fiunt ſunt demonſtrationes, & ſcientiæ non ſecundum partem, ſed hoc modo ex ſuppoſitione inquàm, quia ſic ſenper ſunt, ideſt illæ proprietates conueniunt illis rebus dum ſunt, attamen non eſt propiè ſcientia; Et hæc ſunt quæ iuditio meo poſunt dici de hoc quæſito; Ex quibus eſt colligendum illos debere ſilere, qui dicunt ſcientiam abſtrahi ab exiſtentia rerum, & id

circò deſtructis rebus poſſe de illis ſciētiam haberi, quia hoc eſt falſum omninò, vt patet ex jam dictis; Quod etiam manifeſtatur ex Ariſt. dicente in Prædicam. Cap. de Subſtantia, Ab eo quòd res eſt, vel non eſt, oratio dicitur vera, vel falſa; Nec propoſitio illa rectè ab illis percipitur, in qua dicunt, ſcientiam abſtrahere ab exiſtentia; cuius hic eſt ſenſus, ſcientia abſtrahit ab exiſtentia, ideſt, non cōſiderat exiſtentiam rei ſingularis, vt ſingularis eſt, quia de tali non eſt ſcientia: Non abſtrahit tamē ab exiſtentia, ita q; non præſupponat exiſtentiam rerum ſingulariū, quibus coueniunt proprietates eſſentiales quæ ipſis ſingularibus conueniunt:

Scientia abſtrahit ab exiſtētia, quō ſit verū; vid. infrà in ſolut. cōtrouer. 3. ſuper tex. 30.

*Controuer. 2. ſuper eodem contex. 10.*

PRobat Ariſt. demonſtrationem conſtare ex primis, & indemōſtrabilibus, ſeū immediatis; Cuius oppoſitum videtur docere Primo Top. ad principium, vbi diffiniēs demōſtrationem dixit (Demonſtratio eſt quæ conſtat ex veris, & primis, aut ex his quæ sūpſere principium cognitionis à veris, & primis, & indemonſtrabilibus; ) ac illa quæ ſumpſere principium cognitionis ab alijs non ſunt prima, & indemonſtrabilia, ex illis q; conſtat demonſtratio, igitur ex demōſtrabilibus conſtabit; Suſtinendo hic, & ibi

An demō ſtratio cō ſtet ex veris, & indemonſtrabilibus.

Ariſt. diffiniſſe eamdem demonſtrationem, dicẽdum eſt, prima, & immediata eſſe in duplici differentia, quædam ſunt ex ſe, & ſui natura immediata, quædam ſunt immediata ex alio, & ſunt illa quæ ſũt ex alio probata, quæ poſtquàm ſũt probata tunc dicuntur immediata, quocircà demõſtratio conſtabit ex his quæ ex ſui natura ſunt immediata, vel ex immediatis ex alio poſtquàm ſunt probata.

*Controuer. ſuper tex. 11.*

INquit Ariſt. (Cauſas quoq; & notiora oportet eſſe, & priora, &) Quæ verba poſſunt referri tàm ad præmiſſas demonſtrationis, quàm ad mediũ terminum in demonſtratione poſitum, ſed ad quodcumq; horum referantur, ſemper eſt difficultas; Si enim referantur ad præmiſſas demonſtrationis, difficultas eſt, quomodo præmiſſæ ſint cauſæ, & in quo genere cauſæ; Auerroes in Cõm. 5. ſuæ Paraphraſis, huic quæſito ſatis faciens, dixit, præmiſſas eſſe cauſas concluſionis duobus modis, primò in genere cauſæ finalis, vt ſciamus concluſionem; Sunt etiam cauſæ illius rei concluſæ in ſe ipſa; Quæ Auuerrois dicta non carent difficultate, ſi enim ſunt cauſæ, vt ſciamus concluſionem, ergo non ſunt cauſæ finales, immò ſunt ad finem, & non finis; Sed Auerroes fortaſsè ob malam translationẽ in hoc

Quomodo pmiſſæ ſĩt cauſæ demõſtrationis.

Opinio Auer.

Confutatio.

Excuſat Auerr.

hoc labitur, & non errore ductus; Linconienſis addidit, q. præmiſſarum notitia eſt cauſa efficiens originalis ipſius concluſionis; At melius videtur eſſe dicendum, præmiſſas eſſe concluſionis cauſas in diuerſis cauſarum generibus, prò vt diuerſimodè poſsunt conſiderari; Poſſunt enim præmiſſæ primò conſiderari, ratione quorumdam terminorum in ipſis exiſtentium, qui & in concluſione ſunt, quo modo præmiſſæ ſunt cõcluſionis cauſæ materiales, & hoc voluit Ariſt. Quinto Metaph. t. 5; ac. 2. Phy. t. 31; Quod etiam manifeſtatur ex diffinitione materiæ ibidem ab Ariſt. data, quæ eſt, Materia eſt ex qua fit aliquid cum inſit, at quia termini exiſtentes in præmiſsis, ſunt etiam in concluſione, ideò dicuntur cauſæ materiales; Poſſunt & iterum conſiderari præmiſſæ, quatenus ſunt in modo, & figura diſpoſitæ, modo quo conſideratæ, dicuntur cauſæ efficientes, eo quia ſic ordinatæ, inferunt concluſionem, Et hæc fuit Alex. ſententia Quinto Metaph. t. 5.; Tertio modo poſſunt conſiderari ratione medij termini, qui reſpectu cõcluſionis gerit vicem formæ, cum virtute ipſius maior extremitas cum minori copuletur in concluſione, ſub qua ratione præmiſſæ ſunt cauſæ formales, vt docuit Euſtratius in. 2. huius; Adhuc præmiſſæ poſſunt

Linconiens.

Vera ſolutio.

ſunt conſiderari quatenus demonſtrãt concluſionem per medium terminum, & quia licet per vnum quodq; genus cauſæ demõſtrare, vt docet Ariſt. in. 2. huius, ideõ præmiſſæ poſſunt eſſe concluſionis cauſæ in quolibet genere cauſæ; Si verõ verba textus prædicta referantur ad medium terminum in demonſtratione poſitum, tũc ſibi Ariſt. videtur cõtrarius cũ in primis verbis dicat (cauſas quoq;) in plurali, demum repetens eam, in ſingulari loquatur dicens, (cum cauſam cognoſcimus,) ſic diuerſimodè loquendo, ſibi inconſtans videtur; Saluatur tamen ab hac calumnia Ariſt. ſi notetur ipſum ſic diuerſimodè loquutum fuiſſe, vt daret intelligere in demonſtratione tantum vnum eſſe medium terminum, qui eſt vna cauſa, ideo in ſingulari dicit, cauſam, ſed quia iſte medius terminus ante concluſionem bis aſſumitur, cum maiori nempè, ac cum minori extremitate, ideo in plurali, cauſas, dicit.

Quare dixerit cauſas in plurali, & demũ in ſingulari dicat cauſam.

*Controuer.* 1. *ſuper tex.* 12.

DIcit Ariſt. manifeſtè, Eadem non eſſe nobis, & natura nota; Cui ſententiæ primo obſtare videtur Auerroes primõ Phy. Cõm. 2. vbi dixit, Demonſtrationes mathematicas procedere ex medio quod eſt nobis, & naturæ notum; Accedit, quod Ariſt. ſibi

An eadẽ ſint nobis & natura nota.

hic contradicere videtur, & paulo infrà tex. t 5. vbi probat præmiſſas demõſtrationis eſſe nobis notiores ipſa concluſione, quæ præmiſſæ ſunt etiam natura notiores, ergo eadem erunt nobis, & natura notiora; Adde ꝙ in primis verbis textus dicit in plurali, (Cauſas & notiora dupliciter,) demum in verbis ſubſequentibus dixit in ſingulari, Non enim idem prius natura, & ad nos; (Prò horum veritate, eſt primo notandum multos textus legere in genitiuo caſu (naturæ) qui textus non ſunt approbandi, quia ſecundum Ariſt. natura nihil cognoſcit, ſentiat vt vult Ioannes Gra. Primo Phy.; quam tamen cognoſcere coacti eſſemus affirmare, ſi in genitiuo caſu textus legatur, quo circà textus eſt legendus in ablatiuo, cuius propoſitionis ſenſus erit iſte nõ idẽ eſt prius, & notius nobis, & natura, ideſt naturaliter, ſeù ex ſui natura; Cauſa autemꝙ aliqui textus legant verba in genitiuo eſt, quia Ariſt. more græcorum vtitur genitiuo loco ablatiui, & ideò ſenſus verborũ ſemper debet eſſe in ablatiuo; Vlterius eſt notandũ, quid intelligat Ariſt. per prius, & notius nobis, & quid per prius, & notius natura, diuerſa náq; conſueuit intelligere, licet autem prius ſecundum rem non ſeiungatur à notiori, ratione tamẽ ad inuicẽ diſtinguũtur, quod
decla-

declaratur, prius ſequitur entitatē, entitatem verò ſeqtur intelligibilitas, ergo priorē entitatē ſequetur notioritas, ergo re nō ſeiūgētur, ſed ratione tantum, ſicuti ex nota nominis patet Per prius natura conſueuit Ariſt. quandoq; audire id quod eſt prius cognitione, ſicut eſt videre Quinto Top. dum dixit, proprium eſſe prius natura ſuo ſubiecto, ideſt cognitione, quo etiam modo accidēs eſt prius compoſito ex ſubiecto, & accidēte, vt 5. Metaph. t. 16. cenſuit Ariſt. qui prioritatis modus propriè non dicit prioritatem ſecundum naturam. vt loco allegato declarauit Alex. & huiuſmodi priora ſecundum cognitionem vt in pluribus dicuntur priora quo ad nos: Aliquando per prius natura intellexit Ariſt. id quod eſt perfectius, vt ſcriptū reliquit Ariſt. Primo Cœli. t. 12. dum dixit, lineam circularem eſſe natura priorem linea recta, addidit q; rationem, quia linea circularis eſt perfectior, hinc eſt ꝙ ſi materia, & forma adinuicē conferantur, ꝙ conſueuimus dicere, formam natura priorem eſſe ipſa materia, cum forma ſit perfectior, licet materia, & forma ſint ſimul natura, immò omnia priora natura hoc modo accepta nempè ſecundum perfectionem, sūt ſimul natura cum ipſis imperfectioribus iuxtà Ariſt. ſententiā, eo quia æqualiter, conti

nentur

nentur ſub eodem genere ; nec ad inuicē differunt, & licet modo iſto etiam aliquid dicatur notius natura, eo quia eſt perfectius, ob hoc tamen non eſt inferendum, quod omne imperfectius altero ſit nobis notius, cum materia ſit imperfectior forma, nobis tamen eſt ignotior, ſicut ex aduersō id quod eſt perfectius non dicitur eſſe nobis notius, vt apparet; Conſueuit etiam Ariſt. aliquādo per prius natura intelligere id quod eſt ſimplicius, ſicuti quilibet poteſt videre ab Ariſt. in Primo huius Cap. 17. vbi voluit vnitatem eſſe priorem natura puncto, ideſt ſimpliciorem, quia vnitas non includit ſitum, ſicut punctū, ſicq; formæ ſubſtantiales ad inuicem comparatæ vna erit altera prior, illa enim quæ erit ſimplicior, ideſt quæ alias non includet, erit prior, quo etiam modo dicimus formas elemētorum eſſe natura priores formis miſtorū, quia ſunt ſimpliciores; Aliud ſignificatum prioris natura adduxit Ariſt. in Poſt præd. Cap. de Priori, ac in 5. Metaph. dicēs, illud eſt prius natura à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, & ſic genus eſt prius ſpetie, punctum linea, linea ſuperficie, ſuperficies corpore; Accipitur adhuc prius natura, prō eo quod maximè à ſenſu recedit; & hoc prius natura Ariſt. vocat 5. Metaph. prius ratione,

& de

& de hoc priori, & notiori loquitur in præſenti, hoc enim prius natura gerit vicem cauſæ quo fit vt etiam ſit notius natura, ideſt ex ſui natura, cum maximè à ſenſu diſtet, & ideō dixit hic Ariſt. (Simpliciter priora, & notiora ſunt quæ longius ſunt à ſenſu;) hæc priora natura vocat (priora ſimpliciter) trāſmutatq́; particulam illam (natura) in (ſimpliciter.) Sequitur videre quid intelligat per priora, & notiora nobis, quæ sūt bipartita, vel sūt priora, & notiora nobis quo ad sēſum, vel quo ad intellectum; Priora, & notiora nobis quo ad ſenſum, ſunt illa quæ ſenſui valdè ſunt propinqua, quemadmodum ſunt ſingularia, cum ipſa ſenſibus maximè ſubijciantur, & de his hic loquitur; Priora, & notiora nobis quo ad intellectum ſubdiuiduntur, ſicut & intellectus dupliciter poteſt cōſiderari, vel enim intellectus eſt diſpoſitus in ſcientijs, ac exercitatus, vel eſt rudis in ſcientijs, & inexercitatus, ſic quoq; huiuſmodi priora, & notiora nobis quo ad intellectum, vel ſunt talia quo ad intellectum rudem, vel quo ad intellectū exercitatum in ſcientijs, ac expertum, & huiuſmodi talia sūt magis vniuerſalia reſpectu minus vniuerſalium, cauſæ reſpectu effectuū, præmiſſæ reſpectu concluſionū, & hæc priora, & notiora nobis quo ad intellectum exer-

citatum, ſunt etiam priora, & notiora natura, ſeù ſimpliciter, à ſenſu enim q̃ maxiimè recedunt; at priora, & notiora nobis quo ad intellectum rudem, ac in ſcientijs inexpertum, e contrario ſe habent modo, ſunt enim q̃ maximè diſtincta à prioribus, & notioribus ſimpliciter, ſeù natura; Ex quibus colligere licet tres concluſiones, quarum duæ erunt negatiuæ, altera erit affirmatiua, quibus dilluc̃tur controuerſiæ adductæ; Sit igitur prima hæc concluſio negatiua; Priora, & notiora nobis quo ad ſenſum non ſunt priora, & notiora natura, ſeù ſimpliciter; Secunda cõcluſio negatiua; Priora, & notiora nobis quo ad intellectum rudem, in ſcientijs q; inexpertum non ſunt priora, & notiora ſimpliciter, ſeù natura; Tertia concluſio affirmatiua eſt hæc; Priora, & notiora nobis quo ad intellectum in ſcientijs exercitatum, ac expertum ſunt etiam priora, & notiora natura, ſeù ſimpliciter: Ex quibus concluſionibus iam patet quomodo eadẽ ſũt nobis, & natura priora, & notiora, & quomodo non: Et hæc ſolutio eſt magis approbanda, q̃ ſolutio illa, quæ cõmuniter datur, ꝙ propoſitio Ariſt. eſt indefinita, & indefinitã æquipollet particulari, quæ erit hæc aliqua ſunt nobis, & natura notiora; Quòd verò diuerſimodè fuerit loquutus,

fortaſsis

fortaſsis cauſa hæc fuit, vt nobis inſinuaret nihil in præſenti refferre, ſiue in plurali ſiuē in ſingulari loquamur numero:

*Controuer.2.ſuper eodem contex.12.*

EX eodem contex.12. apertè colligitur, demonſtrationem conſtare ex prioribus, & notioribus natura; Cuius oppoſitum, videtur colligi ex tex.2. Primi Phy. dum dixit, (Inſita eſt nobis via ex notioribus nobis,) igitur demonſtratio ex notioribus nobis conſtabit; Contradictio hæc (ſtādo in doctrina Auerrois) maximā habet vim, qui vult Ariſtotelem ibi loquutū eſſe de via doctrinæ ſicut & hic; Cenſeo eſſe dicendum Ariſtotelem ibi loqui in proceſſu naturali per quem rerum naturalium cognitio aquiri debet, ſicq; aſſerit talem proceſſum debere eſſe ex nobis notioribus, hic verò loqtur de demonſtratione ſimpliciter, & non huic, vel illi ſcientiæ comparata, ſed de demonſtratione in ſe, & ſecundum naturam propriam accepta, & hanc voluit ſententiā Themiſtius Cap. 4. huius Primi dum dixit, (Demonſtratio non ſe ſubmittit ad menſuram ingenij noſtri, nec quid ipſi poſsimus attendit, ſed rectam tenet ad veritatem viam, illam inueſtigat, exploratq́, etiam ſi nobis incognita, incōſpectaq; ſit;) Si quis autem dicat, quomodo eſt poſsi-

An demonſtratio conſtet ex notioribus natura, vel nobis.

bile, demonſtrationem conſtare ex notioribus natura, cum demonſtrationes nobis fiãt, & non ipſi naturæ, ergo ex notioribus nobis debet conſtare, & non ex notioribus ſecundum naturam; Inſuper, ſi ex notioribus natura debet erigi, ergò nihil nobis manifeſtabitur, deducitur conſequentia; ſi enim præmiſſæ ex quibus conſtat demõſtratio ſint natura notiores ipſa concluſione, vel ſaltẽ æquè notæ cum concluſione, & nequaq̃ ſint nobis notiores, nihil igitur nobis manifeſtabitur; Ad hæc dicerem, (ſaluo ſemper meliori iudicio) demonſtrationem potiſsimã de qua hic eſt ſermo, biffariam poſſe cõſiderari vno modo in ſe, & quo ad ſui naturam propriã, quomodo conſiderata conſtat ex notioribus natura, quoniam ex cauſis procedit, & hoc modo demõſtratio accepta, nobis notificaret cõcluſionem, ſi non eſſet defectus ex parte noſtri intellectus, qui ſẽſibus eſt alligatus, & ſic tollitur inſtantia, licet enim ſimus nos, qui facimus demõſtrationem, licet etiam eius præmiſſæ non ſint nobis notiores, defectus iſte non eſt meritò ipſius demonſtrationis, ſed eſt ex parte noſtri intellectus, qui eget ipſis ſenſibus; Alio modo conſideratur demonſtratio potiſsima, quatenus nempè eius præmiſſæ ſunt natura, & nobis quoq; notiores, modo decla-

declarato in ſolutione controuer. præcedentis, tunc q; huiuſmodi demonſtratio erit illa perfectior, quæ conſtat ex notioribus natura tantum, cuius ratio eſt, quoniam eſt illa euidentior, & hoc modo ſunt demonſtrationes mathematicæ, hoc autem conſtare ex notioribus natura, & nobis, non eſt demonſtrationi eſſentiale, ſed hoc illi accidit, quatenus eſt talis demonſtratio.

*Controuerſ. 3. ſuper eodem contex. 12.*

NOn leuis adhuc occurit controuerſia diſſoluenda in hoc tex. 12. quæ fuit omnibus manifeſta; Cum Ariſt. hic dicat, maximè vniuerſalia eſſe notiora natura, ſingularia verò nobis, at Primo Phy. t. 4. totum oppoſitum dixit; Hanc controuer. notaui in Lec. æditis ſuper Proœmio Primi Phy. cui ibidem dilucidè ſatisfeci, afferendo duas ſolutiones, quas nunc omitto, & aliam addo, prò cuius dilucidatione eſt conſiderandum quid Ariſt. intelligat per maximè vniuerſalia, & quid per ſingularia; Vniuerſalia quãdoq; ſumuntur vt incomplexa, & hæc tribus modis, vt docuit Ioãnnes Gra: Primo Phy. ac Ammonius in introductione Porphyrij, .ſ. vt ante multa, in multis, & poſt multa, vniuerſalia antè multa dicuntur cauſæ, quæ in cauſando maximè vniuerſales ſunt, vt ſunt De-

An ſit verum vniuerſalia eſſe notiora, natura ſingularia nobis.

Vniuerſale quotuplex.

ter duobus accipiuntur modis, quandoq; vt incomplexa, aliquando vt complexa; Incõplexa dicuntur vera ſingularia, quæ de nullo prædicantur vt ſumpſit Ariſt. Primo Perhyer. dum dixit, vniuerſale eſt quod eſt aptũ natum prædicari de multis, ſingulare vero de nullo; Quandoq; etiam accipitur ſingulare prò minus vniuerſali, quomodo aſſumpſit Ariſt. 2. huius dicens, facilius eſt diffinire ſingulare, ideſt minus vniuerſale; Accipitur & ſingulare quãdoq; prò vniuerſali sũpto ab accidentibus naturalibus manifeſtis, vt declarauit Simplicius Primo Phyſ. t. 43. cui adhæret hic Auerroes in Cõmẽt. magna, qui credidit Ariſt. per ſingularia audire talia vniuerſalia; Singularia verò complexa, dicuntur propoſitiones ſingulares, quæ vel ſunt verè ſingulares, quæ ſunt valdè proximæ ipſi ſenſui, vt 7. Etich. tractatu de Continentia voluit Ariſt. Aliquãdò verò per propoſitiones ſingulares intelligimus minus vniuerſales, quæ continentur ſub illis; Crediderim Ariſt. per ſingularia ſenſui propinquiſſima, intelligere propoſitiones verè ſingulares; Quibus ſic ſtantibus, diſſoluitur contradictio ꝓpoſita, & dico Ariſt. hic per vniuerſalia intellexiſſe propoſitiones vniuerſales, quæ sũt natura notiores, ꝗ̃ nobis .ſ. quo ad

Singulare quot modis accipiatur.

ſenſum, cum maximè à ſenſu recedāt, per ſingularia verò propoſitiones ſingulares; At Primo Phyſ. per vniuerſalia intelligebat cōplexa confuſa, quatenus habent rationē totius, per ſingularia verò minus vniuerſalia, vt ſunt partes totius; Sed inſurget aliquis dicēs qui fieri poteſt q Ariſt. per maximè vniuerſalia intelligat propoſitiones cōmunes? cum hæ non ingrædiantur demonſtrationem; Sciat ille animo tantum fuiſſe Ariſtoteli in illis verbis tradere nobis regulam, qua poſsimus cognoſcere quæ propoſitiones ſint maximè notæ natura, dixitq; ſūt maximè vniuerſalia, ideſt ꝓpoſitiones maximè vniuerſales, quæ maximè à ſenſu recedunt; Qua eadem reſpōſione diluitur Auerrois ratio dicentis, comparationē nullā eſſe, ſi per ſingularia audiat vera ſingularia, & per vniuerſalia, vera vniuerſalia, quia hæc ab eadē animæ pōtētia nequeunt cognoſci; Iam eſt dictum, Ariſtotelem non comparare hæc adinuicem, vt apræhenduntur ab eadem animæ potentia, ſed tātum nobis explicare, quæ ſint ſenſui propinquiſsima, & quæ à ſenſu remotiſsima, dicens, remotiſsima à ſēſu, ſunt maximè vniuerſalia, ideſt propoſitiones maximè vniuerſales, per ſingularia verò, propoſitiones ſingulares; Notum etiam debet eſſe, per propoſitiones

ſingulares Ariſt. audire eas etiam quæ ſub vniuerſalibus continentur; Et ſi quis dicat, dignitates quæ ſunt nobis maximè notæ ſunt etiã maximè vniuerſales; Etiã ſcimus aliquas ꝓpoſitiones in vniuerſali, & ignoramus illas in particulari; Solutio eſt cõſpicua, quia & ſi illæ dignitates ſint nobis maximè notæ, eſt quo ad intellectum, non autem per viam ſenſus; Sicq; nihil prohibet nos ſcire aliquam ꝓpoſitionẽ in vniuerſali quo ad intellectũ, & ignorare aliquam eius ſingularem propoſitionem, hoc nõ repugnat propoſito noſtro, aſſerimus enim propoſitionẽ ſingularem eſſe nobis notiorem, quatenus affertur ipſi ſenſui, eſt ꝙ ipſi propinquior, pari ratione propoſitio minus conmunis quatenus inmediatè ex ſenſitiua cognitione generatur eſt nobis notior, quàm magis vniuerſalis licet fortaſsis magis vniuerſalis, vt totũ quoddã poſsit eſſe nobis notior, quàm aliqua illius minus vniuerſalis.

*Controuerſ. 1. ſuper contex. 13.*

PRimò videtur Ariſt. redarguendus circà ordinem ab ipſo ſeruatum in præſenti contex. Primò namq; diffinit propoſitionem immediatam, antequã diffiniat propoſitionem in communi, quæ prius erat declaranda, quia magis cõmune ordine naturæ de- *An ordo Ariſt. in tex. 13. ſit rectus.*

bet præcedere minus commune, iuxta eius præceptum vbiq; traditum; & præcipuè Primo Priorum Cap. 5. vbi admonet prius eſſe tractandum de ſyllogiſmo, q̃ de demonſtratione, eo ꝙ ſyllogiſmus ſit demonſtratione cõmunior quod præceptum pariter ab ipſo fuit adductum Primo Phy.. t. 57. dum dixit, ( Eſt enim ſecũdum naturam communia primum dicentes ſic circà vnunquodq; propria ſpeculari; ac in Tertio eiuſdem t. 2. vbi hæc verba reliquit ſcripta, (Poſterior enim eſt de proprijs ſpeculatio, ea quæ de cõmunibus; ) quare ſuorum præceptorum immemor videtur eſſe, ac ſibi contrarius, cum illa non ſeruet; Equidem Ariſt. hic peruertit ordinem naturæ, ſed hoc ratione ductus agit, vt enim daret intelligere ſe hic de propoſitione tractare, vt deſeruit propoſitioni immediatæ, ſicq; magis gratia memoriæ, q̃ gratia doctrinæ, id egit, ideo non eſt damnandus; Vel dicendum eſt, ꝙ vſus eſt ordine reſolutiuo, in quo proponitur primo diffinitio rei explicandæ, deindè declarãtur partes in diffinitione poſitæ, idcircò primò affert propoſitionis immediatæ diffinitionem, deindè declarat propoſitionem, quæ poſita fuit in diffinitione propoſitionis immediatæ.

*Controuerſ. 2. ſuper eodem contex. 13.*

An propoſitio immediata rectè ab Ariſt. diffiniatur.

Diffinit Ariſt. propoſitionem immediatam ſic, eſt quæ non eſt altera prior; Oppoſitum videtur ab ipſo colligi infrà t. 104. vbi docet dari propoſitionem negatiuam immediatam, dicitq; eſſe illam, in qua vnum prædicamentum negatur ab alio, quæ tamen habet aliam ſeipſa priorem, nempè ipſam affirmatiuam, quæ affirmatiua cenſetur eſſe ſui natura prior; Accedit, ꝙ illa propoſitio in qua accidens proprium prædicatur de ſubiecto eſt immediata, cum prædicatū illud primò conueniat ſubiecto, quæ tamen habet aliam priorem, cum demonſtretur per propoſitionem illam, quæ eſt cauſa ipsius; Pariter & illa propoſitio, in qua diffinitio materialis prædicatur de diffinito eſt immediata, cū diffinitio immediatè inſit diffinito, quæ nihilominus habet aliam ſe ipſa priorē, nempè ipſam formalem, quæ diffinitio formalis eſt principium demonſtrationis, iuxtà Ariſtotelis mentem 2. huius Cap. 2. Adde ꝙ ex hac diffinitione propoſitionis immediatæ ſequi tantum illas duas dignitates datas ab Ariſt. 4. Metaph. t. 9. nempè, De quolibet eſt verū affirmare, vel negare, &c. eſſe propoſitiones immediatas, quia illis nō ſunt aliæ priores, immò, hæ ſunt omnibus alijs

priores,

priores, vt ibidem teſtatur Ariſt. Vt facilis ſit harum difficultatum ſolutio, primo eſt notãdum quam propoſitionem immediatum diffiniat Ariſt. Secundo quis ſit illius diffinitionis ſenſus; Quo ad primum, attẽde ꝙ propoſitio immediata tribus modis dicitur immediata, vno modo quo ad naturam tantum, minimè quo ad nos, ſicuti eſt iſta, Deus eſt, nihil eſt enim natura manifeſtius ipſo Deo, qui eſt omnium cauſa, eſſe autem ipſius eſt nobis immanifeſtum, ideò eſſe ipſius probatur ab Ariſt. 8. Lib. Phy. ſunt quædam aliæ propoſitiones quæ ſunt immediatæ quo ad nos tãtum, Sed non quo ad naturam vt hæc, Ignis eſt calidus, adeò eſt quo ad nos immediata, vt qui de hac dubitet, egeat sẽſu, dixit Ariſt. Primo Top. in fine Cap. de Poſitione; Dantur & propoſitiones quæ vtroq; modo ſunt immediatæ, & quo ad nos, & quo ad naturã, adeò ꝙ nihil habent euidentius per quod poſsint demonſtrari; Exhis collige, vnam, & eamdem propoſitionem mediatam, & immediatam dici, licet diuerſimodè, vt hæc, ignis eſt calidus, quo ad naturam eſt mediata, cum habeat cauſam per quam poſsit demõſtrari, minimè quo ad nos; Quod cum ita ſit, dicendum eſt Ariſt. diffinire tantum modo propoſitiones immediatas, ſeù deſcribere illas tãtũ

Propoſitio immediata eſt triplex.

quæ

quæ vtroq; modo ſunt immediatæ, ita q nec quo ad nos, nec quo ad naturam medium aliquod habẽt, quod eas demonſtret, videlicet nec in eſſe, nec in cognoſci, quia ſicut præmiſſæ demonſtrationis vtramq; habent cauſalitatem reſpectu concluſionis demonſtrandæ. ſ. in eſſe, & in cognoſci, ſic & ipſæ præmiſſæ demonſtrationis vtramq; abijciunt cauſalitatem, per quam actu, non dico virtute demonſtrentur, propoſitiones enim immediatæ propriè à dignitatibus virtualiter habẽt dependentiam, ſic q; deſcriptio hæc fit conueniens propoſitionibus immediatis tam affirmatiuis, quæ negatiuis; Quo ad ſecundum, mens Ariſtotelis fuit hæc, propoſitionem immediatam eſſe eam, quæ non habet aliam ſe ipſa priorem. ſ. quæ dicat cauſam, ob quam prædicatum inſit ſubiecto, ſeu quæ poſſit eſſentialem prædicati ad ſubiectum habitudinem demonſtrare, quæ diffinitio, ſeu deſcriptio primò conuenit propoſitioni immediatæ affirmatiuæ, quæ etiam conuenire poteſt propoſitioni immediatæ negatiuæ, de qua Ariſt. infra t. 104. diſputabit; Ex his tollitur prima ratio, quæ accipit affirmatiuam immediatam eſſe priorem negatiua, quod eſt falsũ, ideò q dicat cauſam ob quam prædicatũ negatur à ſubiecto in propoſitione negatiua immediata

mediata, quæ ſi dicatur illa prior, at ſecundum naturã, hoc eſt ſecundum perfectionem, de qua prioritate nõ loquitur hic Ariſt. Quo ad ſecundam, negarem propoſitionem illam in qua accidens proprium prædicatur de ſubiecto eſſe immediatam, eò quia poteſt demõſtrari per cauſã ipſius proprij accidentis, ſiuè modò illa cauſa ſit diffinitio ſubiecti, ſiuè ſit diffinitio proprij accidentis; Et cũ dicitur, illud accidẽs proprium primò ineſt ſubiecto, dico ꝙ primò ineſt, ideſt cõuertibiliter, eò ꝙ ſecundario ineſt ſuis inferioribus, vt riſibile primò ineſt homini, ideſt conuertibiliter homini ineſt, fluit enim à tota natura hominis, at ſecundario conuenit particularibus hominibus, ſicuti declarauit Porphy. in Cap. de Communit. quinq; vocum, cum hoc tamẽ ſtat illud proprium accidens ineſſe ſubiecto per aliquod medium .ſ. per cauſam per quam demonſtratur, ideò dicitur propoſitio immediata; Ad id quod obijciebatur de diffinitione materiali; eſt dicẽdũ talẽ propoſitionẽ dici immediatã, quatenus inter illã diffinitionẽ, & diffinitum non cadit medium in eodẽ genere cauſæ, at quatenus poteſt demonſtrari per aliud genus cauſæ, vt potè per formalẽ, non erit ſimpliciter immediata, eo quia habet aliam ſe ipſa priorem, quæ cauſam reddit, ob-
quam

quam ipſa inſit diffinito, licet non in eodem genere cauſæ; Cum vltimo dicebatur, ex hac diffinitione propoſitionis immediatæ ſequi tantum illas duas primas dignitates poſitas ab Ariſt. 4. Met. eſſe immediatas; Id non ſequi eſt ex dictis manifeſtũ; Cum verò dicitur per illas dignitates omnes propoſitiones poſſe demonſtrari, hoc eſt falſum, nec Ariſt. voluit talem ſententiam, benè ex illis dignitatibus poſſumus perſuadere alias propoſitiones immediatas neganti, & hoc idẽ voluit Alex. ibi;

*Controuerſ. 3. ſuper eodem contex. 13.*

**An diffinitio ꝓpoſitiōis ſit recta.**

Tertio videtur ſibi contrarius Ariſt. hic, & Primo Priorum ad principium, vbi diffinit propoſitionem; Hic dicit, ꝙ propoſitio eſt enuntiationis altera particula vnum de vno; Ibi dixit, Propoſitio eſt oratio affirmatiua, vel negatiua alicuius de aliquo; Senſus præſentis diffinitionis eſt hic, Propoſitio eſt altera pars enuntiationis, ideſt, eſt enunciatio vna ſimplex, & hoc ad differentiã enunciationis, quæ eſt vna coniunctione, hac enim diuiſione diuiditur enũciatiò ab Ariſt. Primo Perhyer. nempè in enuntiationem quæ eſt vna ſimpliciter, & in enuntiationem quæ eſt vna coniunctione; Enuntiatio vna ſimplex, eſt illa in qua prædicatum vnum, ideſt vniuocum de ſubiecto vno ideſt vniuoco affirmatur

firmatur;Enunciatio vna coniunctione,eſt illa inqua coniunguntur plures propoſitiones vel per notam conditionalem ſi, vel per diſiunctiuam aut, vel per copulatiuam &; Volens itaq; Ariſt. ſignificare ſe hic diffinire propoſitionem vnam ſimplicem dixit, propoſitio eſt enunciationis altera pars in qua vnum de vno affirmatur, & hoc ſi talis ꝓpoſitio ſit affirmatiua, poteſt addi, & vnũ ab vno negatur, ſi erit negatiua; Quam diffinitionem propoſitionis negatiuæ hic omittit Ariſt; ſtudens breuitati, cum mos ſuus ſit, per vnum contratiorum ſubintelligere etiam alterum; Soluẽdo tunc difficultatem propoſitã, crediderim eſſe dicẽdum, Ariſt. hic diffinire propoſitionem, ſeù deſcribere illam in ordine ad demonſtrationem, ac prò vt demõſtrationi deſeruit, ſub qua ratione propoſitio cõſiderata, munus ſuũ eſt ſignificare verum, vel falſum, quod eſt propriũ Enunciationis, vt conſtat ex eius diffinitione, quæ eſt, Eũnciatio eſt oratio ſignificans verum, vel falſũ; at Primo Priorũ diffiniuit ꝓpoſitionẽ, prò vt inſeruit ſyllogiſmo, quæ ex ſui natura ab omni abſtrahit materia, ideo dixit, Propoſitio eſt oratio affirmatiua, vel negatiua alicuius de aliquo; Sed vnũ adhuc venit notãdũ circà diffinitionẽ propoſitionis hic ab Ariſt.

datam

datam, prò eius maiori dilucidatione, quod eſt, An enunciatio ponatur hic in diffinitione propoſitionis ab Ariſt. tãquàm eius genus; Sueſſanus dixit ꝙ ſic, & in hoc declarãdo multa dicit, quæ nunc omitto; Quæ ſua poſitio non videtur approbanda, & ratio eſt, quia propoſitio, & enunciatio ſunt vnum, & idẽ realiter, ſola ratione inter ſe differunt, nã enunciatio dicitur propoſitio, quatenus ſit pars ſyllogiſmi; eadem dicitur enunciatio, prò vt ſignificat verum, vel falſum, ideo vnũ non poterit eſſe genus alterius, nempè propoſitio, & enunciatio, cum inquàm ſecũdum rem ſint idem, ſola differant ratione; Quo circà crediderim eſſe dicendum, Enunciationem eſſe hic poſitam in diffinitione propoſitionis tãquàm gerens vicem differentiæ, cũ genus proprium propoſitionis ſit oratio, ſed quia propõ nõ eſt quælibet oratio, non enim eſt oratio vocatiua, nec imperatiua, nec optatiua, nec interrogatiua, ſed ſolum eſt oratio enunciatiua, quod licet hic Ariſt. non dicat, eſt tamen ſubintelligendum:

Au Enũciatio ſit genus ꝓ poſitionis.

*Controuerſ. 4. ſuper eodem contex, 13.*

EXplicans Ariſt. quid ſit propoſitio dialectica, & quid ſit propoſitio demonſtratiua, alicui videbitur Ariſt. ſibi cõtrarius hic, & in Primo Priorum circà ordinẽ

An propoſito dialectica rectè præmitatur, demonſtratiuæ.

uiſis, dixit Ariſt. propoſitionem dialecticã eſſe interrogationem alterius partis contradictionis, cum igitur ſic diuerſimode propoſitio dialectica ab Ariſt. diffiniatur, ſeũ deſcribatur, videbitur alicui ꝙ Ariſt. ſit ſibi inconſtans; Accedit, ꝙ videbitur alicui propoſitionem dialecticam ſuperiorẽ eſſe propoſitione in cõmuni, eo ꝙ ꝓpoſitio dialectica æqualiter vtramq́; partem accipit, at propoſito in communi eſt altera pars enunciationis; Vltimò, quis adhuc redarguet Ariſt. diuidentem propoſitionem in dialecticam, & demonſtratiuam, cum omnẽ genus diuidatur in ſuas ſpecies per diferentias formales, diuiſio verò tradita ſit per differentias materiales, vt conſtat; Sepius eſt dictum, non eſſe inconueniens vnius, & eiuſdem eſſe plures diffinitiones, ſeũ & rectius, deſcriptiones, ſi illud tale diuerſimodè cõſideretur, quod præcipuè accidit nunc de propoſitione dialectica, quæ primò poteſt cõſiderari ratione formæ, ſic q́; diffinitur hic ab Ariſt; poteſt etiã conſiderari ratione materiæ ex qua conſtat, & ſic de ea eſt loquutus Lib. Primo Top. poteſt adhuc conſiderari meritò reſponſionis quam ipſa exigit, ſicq́; in Octauo Top; Nec alicui debet latere modũ quo dialectica propoſitio aſſumit vtramq́; partem, cum tantum

An propoſito rectè diuidatur in dialecticam, & demonſtratiuã.

vnam actu accipiat, quæ ſit pars ſyllogiſmi, Sed accipit vtramq; potẽtia .ſ.& verã, & falſam, & quamcunq; illarum aſſumpſerit, ſemper illas aſſumet ſub ratione qua probabiles videntur, & ſepè numero contingit falſum magis probabile videri quàm verũ; Quo ſit vt malè iudicent illi, qui volũt opinari propoſitionem dialecticam eſſe ſuperiorem propoſitione in cõmuni, cum ratio adducta nullius ſit roboris, vt ſatis eſt euidẽs ex modo declarato, quo ꝑpoſitio dialectica accipit ſimiliter vtramuis partem, dictum eſt enim dialecticã propoſitionẽ accipere vtramuis partem. ſ. veram, & falſam, ſed ſub ratione qua probiles videntur, at propoſitionẽ in cõmuni voluit Ariſt. eſſe alteram partem enunciationis, ideſt eſſe orationem vnam euunciatiuam, quæ conprædendit & partem veram, & falſã, probabilem, & non probabilem, ſic q̃; hæc redditur illa ſuperior, & dialectica propoſito inferior; Nec ſunt illi audiendi, qui volunt propoſitionem dialecticã conuerti cum propoſitione in conmuni, ratione iſta ducti; Problema conuertitur cum propoſitione in conmuni, ac etiam cum propoſitione dialectica, adinuicem ergo propoſitio dialectica, & propoſitio in cõmuni retrõcedẽt; Sic dicẽtes aſſumunt falſum, nempè problema dialecticum

An ꝑpoſitio dialectica cõuertatur cum propoſitione in comuni.

quod

quod conuertitur cum propoſitione dialectica, conuerti etiam cum propoſitione in conmuni, vt Ariſt. Primo Top. voluit; benè problema dialecticũ, & ꝓpositio dialectica cõuertũtur; Si verò ab omnibus dicitur, ꝓpoſitionem in conmuni diuidi in dialecticã & demonſtratiuam hoc habet veritatem ad iſtum ſenſum, quatenus propositio in cõmuni de vtriſq; prædicatur vniuocè, at propriè loquendo, illa non eſt diuisio propter rationem adductam:

*Controuerſ. 6. ſuper eodem contex. 13.*

DEclarans Ariſt. quid ſit Enunciatio dicit, eſt vtrauis particula cõtradictionis, ideſt eſt oratio affirmatiua, vel negatiua; Huic ſententiæ obſtare videtur Ariſt. in prima ſect. Lib. Perhyer. vbi aliter deſcribit enunciationem, dicitq;, Enunciatio eſt oratio ſignificans verum, vel falſum, in qua deſcriptione nullo modo ponit contradictionem; Accedit, ꝙ nullum diſcrimen videbitur eſſe inter propoſitionem dialecticam, & ipſam Enunciationem, cum vtramq; eodem modo deſcribere videatur, ſicut patet inſpiciẽti verba textus; Eſt notandum, Enunciationem diuerſimodè conſiderari, vnomodo inſe, ac in ſui natura, alio modo quatenus reſpicit demonſtrationem, ſiue vt demonſtrationis ſit

An Ariſt. rectè diffiniat Enunciationẽ.

pars;Si primo conſideretur modo,ſic verificatur deſcriptio ab eo tradita in Primo Lib. Perhyer; Si verò conſideretur in ordine ad demonſtrationem, ſeù vt eius ſit pars, ſic eſt vtrauis particula contradictionis, ideſt, eſt oratio affirmatiua, vel negatiua; Quod volens ſignificare, in eius deſcriptione poſuit contradictionem, in qua non datur medium; Qui verò credunt iuxtà Ariſtotelis verba, nullum eſſe diſcrimen inter propoſitionem dialecticam, & ipſam enunciationem, quam maximè allucinantur, cum maximè inter ſe differant ſecundum Ariſtotelis verba, ſicut patet ex intellectu dato vtriq; deſcriptioni, iam enim eſt dictum, ꝙ Enunciatio eſt vtrauis particula contradictionis, ideſt eſt oratio affirmatiua,vel negatiua;At ꝓpoſitio dialectica eſt quæ ſimiliter accipit vtrâuis partem, in qua deſcriptione vſus eſt Ariſt. hoc verbo(accipit,)et rectè, qa ꝓpoſitio dialectica accipit à reſpõdente vtramuis partem,modo tamẽ ſuprà declarato in controuer.præcedẽti; Quo verbo(accipit)non vſus eſt in deſcriptione Enunciationis, ſed dixit, Enuntiatio eſt vtrauis particula contradictionis,vtramq; enim ſubſe habet; Sed prò maiori notitia erit attendendum, Ariſtotelem hic non diffinire Enunciationem, nec eam deſcribere, propriè

loquendo

loquendo, ſicuti rectè hic notauit Auerroes, niſi quis voluerit dilatare hæc nomina, (diffinitio, vel deſcriptio) ſed eam potius per viá diuiſionis manifeſtauit:

*Controuerſ.7. ſuper eodem contex.13.*

EXplicans Ariſt.in hoc.t.13. quid ſit cõtradictio dicit, Eſt oppoſitio cuius non eſt medium ſecundum se; Quæ deſcriptio eſt rectè tradita, cũ in ea oppoſitio ponatur tanq̃ eius proprium genus; Opoſitio enim vt ex Poſt præd. apparet, dicitur de contradictione, de contrarietate, deq́; oppoſitione relatiua; ac de oppoſitione ſecundum priuationem, & habitum; Addit, ipſam carere medio ſecundum se, eo quia in alijs oppoſitionibus medium reperitur vel per participationem extremorum, vel per eorumdem abnegationem, ad quarum differentiam poſuit particulam dictam; Sed huic deſcriptioni obſtare videtur ratio, quæ dictat particulá illam (carere medio) nè dum contradictioni conuenire, ſed etiam contrarietati exiſtenti in materia neceſſaria, cuius vna pars sẽper eſt vera, & altera falſa, igitur carere medio non erit contradictionis proprium; Ideò eſt notandum, ꝙ carere medio alio modo conuenit contrarijs, aliomodo contradictorijs; Carere medio conuenit contrarijs, quatenus ſunt in

An contradictio rectè ab Ariſt. diffiniatur.

materia neceſſaria, quæ ſi conſiderentur ſecundum ſe, ſeù ſub ratione qua ſunt contraria, nequaquàm illis cõuenit, qua particula (carere medio) contradictoria gaudent, immò ipſis eſt propria, quia illis ſecundum ſe conuenit, ſeù ſub ratione qua contradictoria ſũt, & hoc eſt quod Ariſt. in tex. dicit, dum habet hæc verba, Contradictio eſt oppoſitio cuius non eſt medium ſecundum ſe, quæ particula (ſecundum ſe,) eſt notanda, ſicut nunc eſt dictum; Addendum erit, ꝙ ſi contraria nõ ſint in materia neceſſaria, & contingat ipſis carere medio, hoc illis non conueniet ſecundum ſe conſideratis, ac ſecundum eorum naturam, nempè vt contraria ſunt, ſed hoc illis aptabitur, quatenus talia contraria redducentur ad contradictoria, idemq; erit dicendum de alijs ſpeciebus oppoſitionis; Sed prò magis di lucidanda natura contradictionis eſt attendendũ Ariſt. de ea in quàm pluribus locis ha buiſſe ſermonem, & hoc quia contradictio quàm pluribus cõſideratur modis; Quandoq; aſſumitur contradictio prò vt eſt in vocibus inconplexis, & tunc nil aliud eſt, quàm oppoſitio inter nomen finitum, & nomen infinitũ, & de hac viſus eſt habere verba Ariſt; Quinto Lib. Top; quæ talis oppoſitio eſt inpropriè contradictio; Sumitur & contradic-

Quot modis accipiatur cõtradicti.

tio prò vt eſt in vocibus complexis, ſeù in ipſis ꝓpoſitionibus,quæ nõ eſt aliud , quàm oppoſitio inter affirmationem, & negationẽ, de qua loquutus eſt Ariſt. in Poſt pred; ac in Secunda Sect. Lib. Perhyer. dum dixit Contradictoriarũ hæc eſt natura,vt vna ſemper ſit vera,& altera falſa; Similiter de ea eſt loquutus in.4.ac.7. Lib. Metaph; Quæ contradictio in popoſitionibus adhuc ſubdiuiditur iuxtà Ariſt. doctrinam, nam quædam eſt impropriè contradictio,& eſt illa quæ eſt inter quãcumq; affirmationem, & negationẽ, de qua etiam loquutus eſt Ariſt. in Lib. Perhyer; ſæpius enim dixit, ꝙ iſtæ ennunciationes, Homo eſt albus, Homo non eſt albus, eſſe contradictoriè oppoſitas, cum tamen ſub cõtrariè opponantur, ſed ſunt contradictoriæ inpropriè ; Datur & alia contradictio, quæ propriè eſt cõtradictio, & eſt illa quæ repe ritur inter duas enunciationes ſecundũ quãtitatem, & qualitatem oppoſitas, dico ſecundum quantitatem, ita ꝙ vna ſit vniuerſalis, alia ſit particularis, ſecundum qualitatẽ verò, vt ſi vna eſt affirmatiua, alia ſit negatiua, pariter eſt illa, quæ eſt inter duas ſingulares ſecundum qualitatem oppoſitas, dum modo tamen illæ enunciationes eadem habeant ſubiecta, & prædicata, idem q; ſignificantia, &

de hac contradictione propria ſæpius eſt Ioã quutus Ariſt. in ſecunda Sect. Lib. Perhyer; Quæ contradictio propriè ſumpta adhuc ſub diuiditur, vel eſt contradictio in genere, vel eſt contradictio abſoluta; Contradictio in genere eſt illa, quæ eſt inter duas ſingulares, quarum vna ſit affirmatiua, alia ſit negatiua, quæ ſingularis negatiua non omnino negat, ſed tantum modo determinatum quoddam in genere, vt hæc oppoſitio, Socrates eſt albus, Socrates non eſt albus, hoc non album, tantum indicat nigrum, hinc eſt non album non verificari de omni eo quod non eſt albũ, ideò in tali contradictione poteſt dari mediũ vt hic Ioannes Gra. explicauit, & de hac cõtradictione in genere loquitur Ariſt. infrà tex. 35; Ac etiã de ea eſt loquutus. x. Metaph. dum dixit, ꝙ priuatio eſt quædam negatio; Contradictio abſoluta eſt illa, quæ habet hãc naturam, vt vna eius pars ſemper ſit vera, altera verò falſa, de qua loquutus eſt Ariſt. in ſecũda Sec. Lib. Perhyer; de qua etiã in præſenti textu loquitur, dum dicit, Contradictio eſt oppoſitio cuius non eſt medium ſecundũ ſe, caret enim omni medio, dico (omni medio,) quia & medio per participationem extremorum, quod medium à Latinis Expoſitoribus vocatur medium formæ, ſeũ tale mediũ participet

Medium quotuplex ſit.

ticipet

ticipet de extremis actu, ſeu virtute, vt tepidum actu participat de extremis, nempè de calido, & frigido, virtute verò, vt fuſchum de albo, & nigro; Caret etiam medio per abnegationem extremorum, vt inter iuſtum, & iniuſtum datur medium hoc per abnegationem, quod nec iuſtum, nec iniuſtum eſt; Quod medium per abnegationem extremorum vel cōuenit eidem ſubiecto cui conueniunt extrema, vt eſt id, quod nec ſanum eſt, nec ægrum, ſanum enim, & ægrum conueniunt animali, id verò quod nec ſanum, nec ægrum eſt, inanimatis attribuitur, vt lapis neq; ſanus, neq; æger dicitur, & nunc ſuppono cum Ariſtotele, ſanum, & ægrum eſſe contraria immediata, quãuis Galenus ſit alterius opinionis, in hac q; contradictione nullum datur medium, & per hoc ſeparatur ab omnibus alijs oppoſitis à contrarijs nempè, quia ſi fuerint contraria mediata, in illis erit medium per participationem extremorum, ſi verò fuerint contraria immediata, in illis dabitur medium per abnegationem extremorum, ſic pariter de alijs oppoſitionibus:

*Controuerſ. 8. ſuper eodem contex. 13.*

An affirmatio, & negatio ſint partes contradictionis.

IN fine iſtius contextus aſſerit Ariſt. affirmationem, & negationem eſſe partes contradictionis; At in 2. Sect. Lib. Perhyer. voluit

luit affirmationem, & negationem eſſe partes enunciationis; Accedit, q; in Primo Lib. Priorum dixit Ariſt; Affirmationem, & negationem eſſe partes propoſitionis, Qui igitur fieri poteſt q; vnum, & idem adeò diuerſorum ſit pars? Hoc non ſit inconueniens ſub alia, & alia ratione; Affirmatio enim & negatio poſſunt primo conſiderari, vt ad inuicem repugnant, vt nempè affirmatio repugnat negationi, & econtrà negatio ipſi affirmationi, quo modo ſunt partes contradictionis. Sed quæ partes ſũt dicet ille? Cũ partes prò nunc ſint in duplici differentia, aliæ eſſentiales, aliæ ſubiectiuæ, quæ alio nomine ſpecies dicuntur; Subiectiuas partes eſſe minimè eſt dicendum, quia vt patet affirmatio non eſt ſpecies contradictionis, ſimiliter nec negatio, ſint igitur partes eſſẽtiales contradictionis, cum eius eſſentia conſtituatur ab affirmatione, & negatione; Aliomodo poſſumus cõſiderare affirmationem, & negationem, quatenus ſunt orationes ſignificantes verum, vel falſum, quomodo enuntiationis ſunt partes, cum proprium ipſius enuntiationis ſit ſignificare verum, vel falſum, adde q, enuntiationis ſunt partes ſubiectiuæ, ſeù ſpecies, affirmatio enim & negatio enunciationi ſubijciuntur; Poſſunt tertio modo cõſiderari affirmatio

matio, & negatio, quatenus nempè reſpiciunt ſyllogiſmum; quo quidem modo erunt partes propoſitionis, cum ſyllogiſmus conſtituatur ex huiuſmodi propoſitionibus affirmatiuis, & negatiuis, erūt q; ipſius propoſitionis partes ſubiectiuæ, cū affirmatio ſit ſpecies propoſitionis, pariter & negatio:

*Controuerſ. 1. ſuper contex. 14.*

IN primis iſtius contextus verbis incipit Ariſt. ponere diſcrimen inter poſitionem, & dignitatem, quas vocat ſpecies principij immediati ſyllogiſtici, ideſt demonſtratiui; Circà quæ Ariſtotelis verba multæ occurunt difficultates, quas vt quilibet poſsit ſubterfugere, opus eſt habere ſenſum verum verborū textus, qui antequàm adducatur, coactus ſum adnotare expoſitionem datā à quàm plurimis Expoſitoribus, iuxtà quam imminent difficultates plurimæ; Expoſitores plurimi textum iſtum exponentes dixerè Ariſtotelem ponere hoc diſcrimen inter poſitionem, & dignitatem, q; dignitas ſit neceſſaria cuilibet addiſcenti quamlibet ſcientiā; Poſitio verò ſit neceſſaria ei dumtaxat qui ſciētiam aliquam determinatam ſit amplexurus arbitrantur q; poſitionem, & dignitatem cōuenire in hoc, q; ambæ ſint immediatæ, nec vlla ratione demonſtratiua poſsint probari;

An poſitio rectè ab Ariſt. diſtinguatur à dignitate.

Quæ

Quæ eorum dicta profectò à mente Ariſt. ſũt aliena,& qui hanc ſequetur expoſitionem in graues incidet errores, Cum per ea quæ ex mẽte illorum dicta ſunt, nequaquàm conſtituatur differentia inter poſitionem,& dignitatem, non enim præceptores ante principiũ alicuius ſcientiæ præordinant huiuſmodi dignitates,(omne totum eſt maius ſua parte;Impoſsibile eſt idem ſimul eſſe,& non eſſe,) ſicut dico de ijs dignitatibus, idem de cæteris ſubintelligatur,quod etiam experientia conſtat,nam qui Logicam addidicerunt,vel Philoſophiam, eas addidicerũt nulla facta mentione de prædictis dignitatibus;Etiam Euclides ante Geometriæ initium dignitates, ac poſitiones inſimul conſtituit,vt patet inſpicienti Lib.Elementorum Euclidis; Vt igitur difficultates iſtæ euitentur,omittatur prædicta expoſitio, & approbetur illa Themiſtij, quæ veriſsima eſt ac ad Ariſt.aures,cui etiam textus Argyropoli maximè eſt conformis, & ſtatuatur hoc diſcrimen inter poſitionem, & dignitatem,ꝙ dignitas eſt propoſitio immediata,quã neceſſe eſt habere docendũ quemlibet, ſubintelligatur, exſeipſo, quia in percipiendis huiusmodi dignitatibus, opera præceptoris non egemus; Attendas tamen ꝙ licet Themiſtius dicat, dignitates eſſe neceſ-

ſarias ipſis addiſcentibus, vt.ſ.eas ex ſe ipſis habeant, ob hoc non intendit dicere, illas dignitates eſſe nobis naturaliter inſitas; Niſi quis velit dicere eas eſſe à natura nobis inſitas, quatenus nempè cognitis illarum terminis ſunt noſtro intellectui notæ, quod erit admittendum, quia ſicut oculus qui in meridie ad ſolem conuerſus, non percipit lucem, cæcus dicitur, ac impotens, pariter & ille qui cognitis dignitatũ terminis, non ſtatim illas conpræhendit, vt exempli gratia, ille qui cognitis terminis iſtius dignitatis, omne totum eſt maius ſua parte, illi ſtatim non adhibet fidem, ille talis non eſt ſcientiæ capax, nec alicui eruditioni eſt cõmittendus; Poſitiones autem licet cũ dignitatibus conueniant, quoniam & ipſæ medio carent, non ſunt tamen tantæ euidentiæ ſicut dignitates, & iſtæ poſitiones ſũt illæ propoſitiones de quibus ſolitus eſt Auerroes dicere ꝙ ſunt notiores cõclusionibus dubijs, & latentiores primis propoſitionibus, ideſt dignitatibus, vt in Primo Priorum Cap. de ſyllogiſmo hyp. ac. in. 2. Lib. Phy. Cõm. 3. pariter Sexto eiuſdẽ Cõm. 41; Nec nõ Primo Cœli. Cõm. 2; Vbi attende, ꝙ dignitates vocat Auerroes primas propoſitiones.ſ.in manifeſtatione, & euidentia; Prõ quibus poſitionibus percipiẽdis opera præ-

ceptoris aliquãdo egemus, vt eas.ſ.exemplo, vel inductione perſuadeat, nec oportet addiſcentes circà huiuſmodi poſitiones ita eſſe affectos, ac diſpoſitos, vt ſtatim cognitis terminis eas percipiant ſi ſint ad ſcientias futuri habiles; Attende etiã, ꝙ licet præceptor perſuadeat nobis poſitiones modo dicto, ob hoc non tollitur, quin ſint per ſe notæ, q̃a illæ non dicuntũr veræ probationes, ſed potius confirmationes; Et iuxtà hóc diſcrimẽ poſitum inter dignitatem, & poſitionem, textus Ariſt. erit ſic ordinandus; Quod illud principium quod non eſt neceſſarium ex ſe ipſo habere docentem quemlibet, immò illud poteſt addiſcere, eſt poſitio; At dignitas eſt illud principium quod eſt neceſſariũ cuilibet addiſcenti, vt.ſ. illud ex ſeipſo habeat; Ex quo intellectu quã plurimæ euitãtur difficultates, vt ex dictis conſtat; Hoc vnum tamen non eſt omittendum, Ariſt. hic accipere poſitionem, prò vt eſt propoſitio indemonſtrabilis, & nõ prò vt eſt propoſitio paradoxa, quo modo eam accepit Primo Lib. Top; Quam ibi definiens dixit, Poſitio eſt propó quæ viſa eſt vera alicui famigerato; Ideò non erit mirum, ſi diuerſimodè hic, & ibi ab Ariſt. ſit deſcripta;

*Controuerſ. 2. ſuper eodem contex.* 14.

CIrcà ordinem ab Ariſt. ſeruatum in declarando naturam principij immediati videtur ꝙ ſit ipſe damnandus, tamq̃ in ſuis præceptis inconſtans, prius enim diſſinit principium immediatum, demum ipſum diuidit, at Primo Elench. ad principium tradit hoc præceptum, omne multiplex ſemper primo eſſe diuidendum, quàm diffiniẽdum, quod præceptum & Primo Cœli. t. 110. ab ipſo etiam fuit adductum, quod tamẽ ipſe hic non obſeruat; Inſuper, ſuperfluus videtur eſſe, cum hic, & infrà. t. 77. explicet per diuiſionem principium immediatum; Soluũtur hæc, & primò ꝙ præceptum illud, omne multiplex eſt primo diuidẽdum, quàm diffiniendum, non habet veritatem niſi dè multiplici æquiuoco, ſeù de multiplici multiplicitate ſignificatorum, at ſi fuerit multiplex vniuocum, ſeù analogum, quod eſt multiplex multiplicitate ſpecierum, illud primò poteſt diffiniri, demum diuidi, ſic q́; eſt principium immediatum, cum ſit analogum ad ſpecies ſub ipſo contentas, & hæc fuit ſententia Auerrois in hoc Primo Poſt. Cõm. 95; Quò ordine etiã vſus fuit Ariſt. paulò ſuprà dum declarabat naturam propoſitionis, quam primò per diffinitionem, demum per diuiſionem

Omne multiplex primo eſt diuidendũ, q̃ diffiniedũ, quo modo ſit verum.

nem manifeſtauit, eam diuidendo in dialecticam, & demonſtratiuam; Quem ordinẽ pariter ſeruauit Porphyrius in Cap. de Accidente cum primò ipſum diffinierit, demum diuiſerit in ſeparabile, & in inſeparabile; Quo ad ſecundum, ſciat ille non eſſe inconueniens vnius, & eiuſdem ſub diuerſis rationibus ſæpius diuiſionem repetere; Ariſt. hic diuidit principium immediatum, quia ejus diffinitionem primò aſsignauit; Pariter & ipſum diuidet infrà, quia ibi dicet, demonſtrationem circà tria verſari principia, circà ſubiectum, circà paſsiones, & circà dignitates, quas volens ab alijs principijs ſeiungere, cogitur diuiſionem principij immediati iterũ afferre;

*Controuerſ. 3. ſuper eodem contex. 14.*

An ſuppoſitio rectè diffiniat ab Ariſt.

DVm explicat Ariſt. primam ſpeciem poſitionis, quæ dicitur ſuppoſitio, vtitur iſtis verbis, (ſuppoſitio eſt quæ accipit vtramque partem enunciationis, vt dico eſſe aliquid, vel nõ eſſe, ideſt affirmationem, vel negationem;) Quod dictum ſi eſt verum, ſequi videtur ſuppoſitionẽ, cũ Enũciatione vnum, & idem eſſe, cum & ipſa Enũciatio ſit vtrauis pars contradictionis, ideſt ſit oratio affirmatiua, vel negatiua; Accedit ꝙ nullum pariter videbitur eſſe diſcrimen inter propoſitionem dialecticam, ac ipſam ſup-

poſitionem, cum & ipſa propoſitio dialectica ſimiliter accipiat vtrã vis, vt ſupra dixit Ariſt. ſicuti & ipſa ſuppoſitio, vt dicit hic in textu præſenti; Quo ad primum, profecto ita eſt, quod ſuppoſitio accipit vtrãuis partem enunciationis, quoniam ſuppoſitionum quædam ſunt affirmatiuæ, quædam negatiuæ, ob hoc tamen ſuppoſitio non eſt eadem penitus cum Enunciatione; Sed illi identificatur eo modo, quo genus eſt idem cum ſuis ſpeciebus, nempe ſecundum rem, at ratione diſtinguuntur; Quo ad ſecundũ ſolutio eſt ſatis nota ex his quæ ſupra diximus in ſolutione cõtrouerſ. 5. ſuper tex. 13; Ibi fuit dictũ, propoſitionẽ dialecticam æqualiter accipere vtram vis partem, ſub ratione tamen qua ſunt probabiles; at ſuppoſitio ſi accipit vtramuis partem. ſ. affirmatiuam, vel negatiuam, modo tamen differenti à propoſitione dialectica, cum ſuppoſitio accipiat vtrãuis, ſub ratione tamen qua quælibet eſt vera, ſiue enim accipiat affirmatiuam partem, ſiue negatiuam, quælibet eorum quam aſſumet erit vera, cum demonſtratio tantum ex veris conſtituatur; Et ex illo intellectu diluitur alia cõtrouerſia ſatis apparens in verbis textus hic, & ſupra tex. 13. immediatè præcedenti, dũ diffiniebat Ariſt. propoſitionẽ demonſtratiuam, ibi dixit pro-

poſitionem demonſtratiuam eſſe illam, quæ accipit tantum vnam partem determinatè, nempè veram, hic modo dicit ſuppoſitionem accipere vtramuis partem enunciationis, in quibus verbis ſibi videtur contradicere, cum propoſitio demonſtratiua, & ſuppoſitio ſint vnum, & idem, quod ſic declaro, omnis poſitio eſt principium demonſtrationis, omnis ſuppoſitio eſt poſitio, ergò omnis ſuppoſitio eſt principium demonſtrationis; ſed principium demonſtrationis, & propoſitio demonſtratiua ſunt vnum, & idem, ergo à primo ad vltimum, ſuppoſitio cum ſit principium demonſtrationis erit idem cum propoſitione demonſtratiua, & ſicut propoſitio demõſtratiua accipit tantum vnam partem, ſic & ſuppoſitio tantum vnam accipiet partem, vtramque; tamen partem dicit hic ſuppoſitionem accipere, ergo ſibi contradicit; Iam eſt dictum ſuppoſitionem accipere vtramque partem, & affirmatiuam & negatiuam, & quamcunque accipiet, ſub ratione, qua quælibet eſt vera aſſumet, cum quo ſtat ipſam aſſumere alteram partem tantum, quoniam veram accipit; Sibi verò contradiceret, ſi aſſereret ſuppoſitionẽ vtramque accipere. s. & veram & falſam, hoc autem ipſe Ariſt. nullo modo dicere intendit.

*Controuerſ. 4 ſuper eodem contex. 14.*

POſitionis ſpecies enumerans Ariſt. ſolú facit mentionem de ſuppoſitione, ac diffinitione, at infrà tex. 78. vltrà ſuppoſitionem, ac diffinitionem addet petitionem, quam ibidem ſeparat à ſuppoſitione, quocircà diminutus hic videbitur, aut ibi ſuperfluus, quorum nullum eſt dicendum; Niſi eſſet quòd Ariſt. petitionem hic ſub ſuppoſitione comprehendit profectò videretur damnandus, & huius mentis Ioan. Gram. videtur hic eſſe, qui voluit petitionem nomine communi dici ſuppoſitionem, licet ſub ratione propria petitio ſit à ſuppoſitione diſtincta, Si qs autem ſcire deſideret differentiam inter ſuppoſitionem, & petitionem, attendat hæc, quòd petitio eſt duplex, altera eſt petitio ſimpliciter, altera eſt petitio non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, ſeù reſpectu diſcipuli addiſcentis, ſi fuerit petitio ſimpliciter erit diſtincta quoq; à ſuppoſitione ſimpliciter, cum ſuppoſitio ſimpliciter magis vera videatur, q̃ ipſa petitio; At ſi fuerit petitio reſpectu diſcipuli addiſcentis, diſtincta erit à ſuppoſitione ſecũdũ quid, ſeũ reſpectu diſcipuli, in hoc, quia ſuppoſitio ſibi videtur vera, ſibi, ideſt diſcipulo addiſcenti, at petito ſibi non videtur vera, cũ quandoq; oppoſitum illius

Quot ſint poſitionis ſpecies

ſibi magis verum eſſe videatur, inde eſt quòd magis vni parti non adheret quàm alteri, & hæc eſt Ariſt. ſententia infrà in tex 78. præallegato.

*Controuerſ. 5. ſuper eodem contex. 14.*

An diffinitio dicat eſſe, vel non eſſe.

DVm Ariſt. diſtinguit ſuppoſitionem à diffinitione ex inanimaduertentia in manifeſtã videtur labi contradictionem Clara enim voce teſtatur diffinitionem non eſſe propoſitionem, nec dicere eſſe, vel non eſſe, id eſt affirmationem, vel negationem; Ex altera verò parte totum oppoſitum ex ſuis conuincitur verbis, nam inquit q́ principiũ demonſtrationis eſt propoſitio immediata; quam immediatam propoſitionem demum diuidit in poſitionem, & dignitatẽ, poſitionem verò diuidit in ſuppoſitionem, & diffinitionẽ, ergo ſeqtur quòd diffinitio ſit ſpecies ppoſitionis immediatæ; quia quidquid prædicatur de prædicato, prædicatur etiã de ſubiecto ſub illo prædicato contento, at propoſitio prædicatur de poſitione, poſitio de diffinitione, igitur & propoſitio de diffinitione prædicabitur, per regulam Ariſtotelis ante prædicamentalem; (Quando alterum de altero prædicatur vt de ſubiecto &c.) igitur diffinitio erit propoſitio, diceretq; eſſe, vel nõ eſſe; Sed in paucioribus verbis contradictio

hæc ſic perſtringatur, omnis poſitio eſt propoſitio, omnis diffinitio eſt poſitio, igitur omnis diffinitio eſt propoſitio; ulterius omnis propoſitio dicit eſſe vel non eſſe, igitur diffinitio cum ſit propoſitio dicet eſſe, vel non eſſe, quod tamen apertiſsime negat Ariſt. cum dicat. (Quæ verò ſine hoc diffinitio) Hanc contradictionem Themiſtius inter Ariſt. interpretes primus fuit qui eam adnotauit, cuius difficultatem videns, ſoluendi onus poſteris reliquit, quàm verò varia & diuerſa ſuper hac contradictione dixerint Expoſitores, omnibus notum eſſe exiſtimo; Sunt .n. ſicut dici ſolet, (tot expoſitiones, quot expoſitores, à quarum omnium recitatione ſuperſedere ſatius fore exiſtimaui, magna enim fieret confuſio & intricatio, inſimulq; & magna temporis contritio, principaliores tamen, ac famoſiores tantum afferam, demum quid ſit ſentiendum in medio proponam. In primis reperio Ioannē Gram. com. 7. dicentem diffinitionem non eſſe prædicatum, ſed explicare naturam diffiniri, cum autē explanat naturam diffiniti non dicit eſſe, vel nō eſſe; Quæ reſponſio in duobus deficit, primo quia nō ſoluit dubitationem, demum etiá si admittamus diffinitionem non eſſe prædicatū, quid inde ſequitur, non .n. poteſt negare eam eſſe

Solutio Ioannis Gram.

Confutatio.

ſibi magis verum eſſe videatur, inde eſt quòd magis vni parti non adheret quàm alteri, & hæc eſt Ariſt. ſententia infrà in tex 78. præallegato.

*Controuerſ. 5. ſuper eodem contex. 14.*

An diffinitio dicat eſſe, vel non eſſe.

DVm Ariſt. diſtinguit ſuppoſitionem à diffinitione ex inanimaduertentia in manifeſtã videtur labi cõtradictionem. Clara enim voce teſtatur diffinitionem non eſſe propoſitionem, nec dicere eſſe, vel non eſſe, idelt affirmationem, vel negationem; Ex altera verò parte totum oppoſitum ex ſuis conuincitur verbis, nam inquit quòd principiũ demonſtrationis eſt propoſitio immediata; quam immediatam propoſitionem demum diuidit in poſitionem, & dignitate, poſitionem verò diuidit in ſuppoſitionem, & diffinitione, ergo ſeqtur quòd diffinitio ſit ſpecies ppoſitionis immediatæ; quia quidquid prædicatur de prædicato, prædicatur etiã de ſubiecto ſub illo prædicato contento, at propoſitio prædicatur de poſitione, poſitio de diffinitione, igitur & propoſitio de diffinitione prædicabitur, per regulam Ariſtotelis ante prædicamentalem, (Quando alterum de altero prædicatur vt de ſubiecto &c.) igitur diffinitio erit propoſitio, diceretq; eſſe, vel nõ eſſe; Sed in paucioribus verbis contradictio

hæc

hæc ſic perſtringatur, omnis poſitio eſt propoſitio, omnis diffinitio eſt poſitio, igitur omnis diffinitio eſt propoſitio; vlterius omnis propoſitio dicit eſſe vel non eſſe, igitur diffinitio cum ſit propoſitio dicet eſſe, vel non eſſe, quod tamen apertiſsime negat Ariſt. cum dicat. (Quæ verò ſine hoc diffinitio) Hanc contradictionem Themiſtius inter Ariſt. interpraetes primus fuit qui eam adnotauit, cuius difficultatem videns, ſoluendi onus poſteris reliquit, quàm verò varia & diuerſa ſuper hac contradictione dixerint Expoſitores, omnibus notum eſſe exiſtimo; Sunt .n. ſicut dici ſolet, (tot expoſitiones, quot expoſitores, à quarum omnium recitatione ſuperſedere ſatius fore exiſtimaui, magna enim fieret confuſio & intricatio, inſimulq; & magna temporis contritio, principaliores tamen, ac famoſiores tantum afferam, demum quid ſit ſentiendum in medio proponam. In primis reperio Ioannẽ Gram. com. 7. dicentem diffinitionem non eſſe prædicatum, ſed explicare naturam diffiniti, cum autẽ explanat naturam diffiniti non dicit eſſe, vel nõ eſſe; Quæ reſponſio in duobus deficit, primo quia nõ ſoluit dubitationem, demum etiá si admittamus diffinitionem non eſſe prædicatũ, quid inde ſequitur, non .n. poteſt negare eam eſſe Solutio Ioannis Gram. Confutatio.

propoſitionem, conuincitur enim argumento ſuperius facto, quod ſi eſt propoſitio, quomodo non dicit aliquid eſſe vel non eſſe? Secũdo peccat, quia negat diffinitionẽ eſſe prædicatum, cuius oppoſitũ habetur ab Ariſt. Primo Top. Cap. 4. vbi inter prædicata cõmemorat diffinitionem; Et primo huius tex. 30. ex ſententia omniũ vult Ariſtoteles diffinitionem eſſe prædicatum in primo modo dicendi per se, Quam ſententiam & in 6; et in 8. Top. Ariſt. voluit, immò omnibus in locis explicat ipſam diffinitionem eſſe prædicatũ.

Prima ſolutio D. Thomæ.

Diuus Thõm. duas dat huic difficultati ſolutiones, prima eſt, diffinitio & ſi actu non ſit propoſitio neq; affirmet neq; neget, potentia tamen eſt propoſitio, inuenta enim diffinitione facilè eſt eam aptare diffinito, & cõficere propoſitionem; Quæ ſolutio non videtur recta, quia Ariſt. non agit de propoſitione potentia, ſed actu, actu propoſitio eſt de eſſentia principij ſyllogiſtici, quare actu erit de eſſentia poſitionis, ſuppoſitionis & diffinitionis; Dedit ſecundam, in qua dicit nõ diuidi ab Ariſt. poſitionem in ſuppoſitionẽ, & diffinitionem, ſed principium immediatũ, principium autem immediatũ eſſe poteſt aliquod, quod neq; affirmet, neq; neget; Quæ ſecunda ſolutio etiam nulla eſt, quia Ariſtot.

Reijcitur prima ſolutio. D. Tho.

Secunda ſolutio D. Thomæ.

Confutatio.

clarè dicit poſitionem aliam diffinitionem, neq; eſt quod reuocent omnia ad principium immediatum; Præterea, vbi nam vidit principium immediatum non eſſe poſitionem? cũ Ariſt. ipſum deſcribens dixit, Principiũ autem demõſtrationis eſt propoſitio immediata; Inſuper ſic dicens; facit Ariſt. vti æquiuocatione, cum alio modo accipiat hic principium, & alio modo ſuprà tex. 13. dum ipſum per deſcriptionem declarauit; Albertus Magn. tract. 2. cap. 4. negat abſolutè diffinitionem eſſe propoſitionem, neq; omnis poſitio eſt propoſitio dicit ipſe; Quæ ſolutio aduerſatur textui manifeſtè, ordine enim quodam Ariſt. in tex. hæc omnia nectit, principium, propoſitionem immediatam, diuiſionẽ principij, in dignitatem, & poſitionem, ſubdiuiſionem poſitionis in ſuppoſitionem, & diffinitionem, quod ſi partes diuidentes debet neceſſario participare naturam diuiſi, nõ eſt negandum poſitionem non eſſe propoſitionem; Ægid. Rom. narrat opinionẽ quorundam, qui ſic ſoluebant dubitationem; diffinitio dupliciter conſideratur, vel vt eſt diffinitio, vel vt eſt poſitio, ſi primo conſideretur modo, abſq; dubio dicit aliquid eſſe, vel non eſſe, affirmatq; vel negat; Secundo modo neutrum habet dicit Ariſt. in textu; Re-

Reſponſio Alberti Magni

Confutatio.

Prima ſolutio Aegidij.

Confutatio. darguitur hæc ſententia ijs argumentis quæ nunc ſuprà facta ſunt; Affert ſuam Ægid. diciṫq; verbum (eſt) dupliciter poſſe conſiderari, vel compoſitiuè, vel expoſitiuè, compoſitiuè quando aliquid componit, & coniũgit, vt homo eſt mortalis, verbum (eſt) coniũgit mortale cum homine, & ſimiliter in omnibus prædicationibus accidentarijs verbum (eſt) habet aliquam compoſitionem; expoſitiuè verò, quando non componit, ſed tantum exponit, vt pluuia eſt aqua guttatim cadens, & ſi modo pluuia non ſit, verbum tamen (eſt) non dicit exiſtentiam, ſed expoſitionem ſubiecti; Sumpſit Ægidius hanc ſententiam ab Auerroe, & aliqua ex parte ex Ioanne Gram. modo diffinitio non dicit eſſe, vel non eſſe componendo, ſed exponendo, Ariſt. autem negat diffinitionem dicere eſſe, vel non eſſe componendo; Quæ ſolutio aliqua ex parte mihi placet, tamen iudico illud eſſe aliquantum alienum ab Ariſt. quod vult diffinitionem nullo modo componere, ſed tantum exponere, vtrumq; enim munus habet, neq; eñ fieri poteſt expoſitio ſubiecti, niſi & fiat cõpoſitio partium diffinitionis cum ſubiecto, & ſi non tanta ſit compoſitio in hac diffinitione homo eſt animal rationale, ſicut eſt in hac, homo eſt albus, eſt tamen tanta compoſitio,

Solutio propria Aegidij.

Confutatio

ſitio, quanta eſt neceſſaria ad affirmationem, vel negationem, ſeu ad eſſe, vel non eſſe; Alij recentiores ſoluunt hanc dubitationem alia reſponſione, diffinitio ſecundum ſe conſiderata dicit eſſe, vel non eſſe, non tamen dicit aliquid ineſſe, vel non ineſſe, ſicuti ſuppoſitio, cum Ariſt. negat diffinitionē dicere eſſe, vel non eſſe, intelligendum eſt de ineſſe, & non ineſſe; Gratis eſt hoc dictum, & non verè, nam Ariſt. non dicit ineſſe, vel non ineſſe, ſed abſolutè dicit eſſe, vel non eſſe, vult etiam diffinitionem eſſe poſitionem ſine his, ideſt ſine hoc quod dicat aliquid eſſe, vel non eſſe, vt dicit ſuppoſitio; Inſuper ſuppoſitio non dicit aliquid ineſſe, neq; exemplū Ariſt. hoc probat, ſed abſolutè dicit eſſe, vel non eſſe, vt exemplum Ariſt. de ſuppoſitione declarat acceptum ab vnitate, quæ non dicit ineſſe, vel non ineſſe, exiſtentia enim nō inexiſtit. Quidam Neoterici volunt diffinitionem dupliciter conſiderari; primo vt eſt inſtrumentum ſciendi, ac principium quodā demōſtrationis, quo modo eſt ſimpliciſsima, non habet compoſitionem cum eſſe, vel non eſſe; poſteriori modo ſumitur vt cum ſubiecto, & diffinitione propriè dicta mediāte copula fit propoſitio, vt homo eſt animal rationale, modo Ariſt. vult diffinitionem ſecun-

Solutio quorundam Recentiorū

Reijcitur.

Alia ſolutio.

dum ſe ipſam non dicere eſſe, vel non eſſe, nõ affirmat, nec negat, ſecundo modo vtrumq; habet; Quæ ſolutio non quadrat textui, neq; ipſi conciliant Ariſt. ſed deſtruunt, nã Ariſt. vult diſſinitionem eſſe principium, principium eſt propoſitio, ergo diffinitio, vt principium eſt propoſitio, neq; vllus modus adaptãdi diffinitionem, vt eſt terminus complexus, applicatur huic textui; Et ſi Ariſtot. in hoc textu modo ſumpſiſſet diffinitionem, vt principiũ, & modo vt diffinitio, vſus fuiſſet maxima æquiuocatione; Auerroes in cõment. preſenti 14. duas aſsignat ſolutiones, vtramq; difficilem, & meo iudicio falſam; Prima eſt poſitionem duo habere, primum quõd ſit principium indemonſtrabile, ſecundum quõd dicat eſſe, vel non eſſe, diffinitio quæ eſt ſpecies poſitionis vnum tãtum ex his habuit, ideſt eſſe principium indemonſtrabile, & ideo Auerroes vult poſitionem eſſe analogam ad diffinitionem, & ſuppoſitionẽ, & per ſe, ac primo predicari de ſuppoſitione, vtrãq; enim ipſa habet; Secunda ſolutio eſt, diffinitio explanat naturam diffiniti, prout autem explicat, non habet quõd dicat eſſe, vel non eſſe, & hoc modo eam aſſumpſit Ariſt.; Vtraq; ſolutio nihil valet, nam vt ſuprà dictũ eſt in impugnatione ſententiarum, deffinitio hic

Confutatio.

Reijciũtur.

Prima ſolutio Auerrois.

Secunda Auerrois reſponſio;

Confutatur vtraq; reſponſio

ſumpta debet eſſe propoſitio, nam eſt ſpecies principij immediati, Auerroes autem illam analogiam fingit inter diffinitionem, & ſuppoſitionem; Vltima ſolutio quæ cæteris eſt rectior, eſt quæ eruitur ex Auerroe in expoſitione media, immò ex verbis met textus & hæc eſt, quod diffinitio eſt propoſitio affirmans, vel negans, neq; contrarium huius hic docet Ariſt. & prò hac ſolutione eſt notandū diſcrimen inter ſuppoſitionem, & diffinitionem factum ab Ariſt. in hoc tex. quòd ſuppoſitio ex natura ſua ponit rem aliquam eſſe, ſiue ſit integra propoſitio, ſiue ſit aliquid incomplexum, & hoc patet in omnibus ſuppoſitionibus mathematicis, ſupponit Arithmeticus vnitatem eſſe, iam ponit exiſtentiam vnitatis; ſupponit Geometra lineas paralellas non concurrere, hæc ſuppoſitio ponit aliquid hoc eſt non concurrunt, diffinitio autē & ſi præcognoſcit de ſubiecto præcognitione dirigente ipſum entitatem habere, tamen non dicit eſſe, vel non eſſe ipſa diffinitio, ſed abſolutè pronunciat, homo eſt animal rationale, non ſupponendo hominē eſſe, ſiue ſit, ſiue non ſit, neq; ponit ipſa diffinitio hanc propoſitionem eſſe veram, ſed tantum cōnectit duo extrema eſſentialia inter ſe; duplex ergo eſſe, vel non eſſe, poteſt conſiderari in Vera ſolutio

 diffi-

nem manifeſtauit, eam diuidendo in dialecticam, & demonſtratiuam; Quem ordinē pariter ſeruauit Porphyrius in Cap. de Accidente cum primò ipſum diffinierit, demum diuiſerit in ſeparabile, & in inſeparabile; Quo ad ſecundum, ſciat ille non eſſe inconueniens vnius, & eiuſdem ſub diuerſis rationibus ſæpius diuiſionem repetere; Ariſt. hic diuidit principium immediatum, quia eius diffinitionem primò aſsignauit; Pariter & ipſum diuidet infrà, quia ibi dicet, demonſtrationem circà tria verſari principia, circà ſubiectum, circà paſsiones, & circà dignitates, quas volens ab alijs principijs ſeiungere, cogitur diuiſionem principij immediati iterū afferre:

*Controuerſ. 3. ſuper eodem contex. 14.*

An ſuppoſitio rectè diffiniat ab Ariſt.

Dum explicat Ariſt. primam ſpeciem poſitionis, quæ dicitur ſuppoſitio, vtitur iſtis verbis, (ſuppoſitio eſt quæ accipit vtramque partem enunciationis, vt dico eſſe aliquid, vel nō eſſe, ideſt affirmationem, vel negationem;) Quod dictum ſi eſt verum, ſequi videtur ſuppoſitionē, cū Enūciatione vnum, & idem eſſe, cum & ipſa Enūciatio ſit vtrauis pars contradictionis, ideſt ſit oratio affirmatiua, vel negatiua; Accedit ꝙ nullum pariter videbitur eſſe diſcrimen inter propoſitionem dialecticam, ac ipſam

ſup-

poſitionem,cum & ipſa propoſitio dialectica ſimiliter accipiat vtrāvis,vt ſuprà dixit Ariſt.ſicuti & ipſa ſuppoſitio, vt dicit hic in textu: præſenti; Quo ad primum, profectò ita eſt,quod ſuppoſitio accipit vtrāuis partem enunciationis, quoniam ſuppoſitionum quædam ſunt affirmatiuæ, quædam negatiuæ, ob hoc tamen ſuppoſitio non eſt eadem penitus cum Enunciatione; Sed illi identificatur eo modo,quo genus eſt idem cum ſuis ſpeciebus, nempe ſecundum rem,at ratione diſtinguuntur; Quo ad ſecundū ſolutio eſt ſatis nota ex his quæ ſuprà diximus in ſolutione cōtrou. 5. ſuper tex. 13;Ibi fuit dictū,ppōſitionē dialecticam æqualiter accipere vtram vis partem, ſub ratione tamen qua ſunt probabiles; at ſuppoſitio ſi accipit vtramuis partem.ſ.affirmatiuam, vel negatiuam, modo tamen differenti à propoſitione dialectica,cum ſuppoſitio accipiat vtrāuis, ſub ratione tamen qua quælibet eſt vera, ſiue enim accipiat, affirmatiuam partem, ſiue negatiuam, quælibet eorum quam aſſumet erit vera, cum demonſtratio tantùm ex veris conſtituatur; Et ex iſto intellectu diluitur alia cōtrouerſia ſatis apparens in verbis textus hic, & ſuprà tex. 13. immediatè præcedenti, dū diffiniebat Ariſt. propoſitionē demonſtratiuam,ibi dixit pro-

poſitionem demonſtratiuam eſſe illam, quæ accipit tantum vnam partem determinatè; nempè veram, hic modo dicit ſuppoſitionem accipere vtramuis partem enunciationis, in quibus verbis ſibi videtur contradicere, cum propoſitio demonſtratiua, & ſuppoſitio ſint vnum, & idem, quod ſic declaro, omnis poſitio eſt principium demonſtrationis, omnis ſuppoſitio eſt poſitio, ergò omnis ſuppoſitio eſt principium demonſtrationis; ſed principium demonſtrationis, & propoſitio demonſtratiua ſunt vnum, & idem, ergo à primo ad vltimum, ſuppoſitio cum ſit principium demonſtrationis erit idem cum propoſitione demonſtratiua, & ſicut propoſitio demóſtratiua accipit tantum vnam partem, ſic & ſuppoſitio tantum vnam accipiet partem, vtramq; tamen partem dicit hic ſuppoſitionem accipere, ergo ſibi contradicit; Iam eſt dictum ſuppoſitionem accipere vtramq; partem, & affirmatiuam & negatiuam, & quamcunque accipiet, ſub ratione, qua quælibet eſt vera aſſumet, cum quo ſtat ipſam aſſumere alteram partem tantum, quoniam veram accipit; Sibi verò contradiceret, ſi aſſereret ſuppoſitionē vtramq; accipere .s. & veram & falſam, hoc autem ipſe Ariſt. nullo modo dicere intendit.

*Controuerſ.4 ſuper eodem contex.14.*

Quot ſiunt poſitionis ſpecies

POſitionis ſpecies enumerans Ariſt. ſolũ facit mentionem de ſuppoſitione, ac diffinitione, at infrà tex.78. vltrà ſuppoſitionem, ac diffinitionem addet petitionem, quam ibidem ſeparat à ſuppoſitione, quocircà diminutus hic videbitur, aut ibi ſuperfluus, quorum nullum eſt dicendum; Niſi eſſet quòd Ariſt. petitionem hic ſub ſuppoſitione compræhendit profectò videretur damnandus, & huius mentis Ioan. Gram. videtur hic eſſe, qui voluit petitionem nomine communi dici ſuppoſitionem, licet ſub ratione propria petitio ſit à ſuppoſitione diſtincta, Si qs autem ſcire deſideret differentiam inter ſuppoſitionem, & petitionem, attendat hæc, quòd petitio eſt duplex, altera eſt petitio ſimpliciter, altera eſt petitio non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, ſeù reſpectu diſcipuli addiſcentis, ſi fuerit petitio ſimpliciter erit diſtincta quoq; à ſuppoſitione ſimpliciter, cum ſuppoſitio ſimpliciter magis vera videatur, ꝙ ipſa petitio; At ſi fuerit petitio reſpectu diſcipuli addiſcentis, diſtincta erit à ſuppoſitione ſecũdũ quid, ſeũ reſpectu diſcipuli, in hoc, quia ſuppoſitio ſibi videtur vera, ſibi, ideſt diſcipulo addiſcenti, at petito ſibi non videtur vera, cũ quandoq; oppoſitum illius

ſibi magis verum eſſe videatur, inde eſt quod magis vni parti non adheret quam alteri, & hæc eſt Ariſt. ſententia infra in tex 78. prææallegato.

*Controuerſ. 5. ſuper eodem contex. 14.*

An diffinitio dicat eſſe, vel non eſſe.

DVm Ariſt. diſtinguit ſuppoſitionem à diffinitione ex inanimaduertentia in manifeſtā videtur labi contradictionem. Clara enim voce teſtatur diffinitionem non eſſe propoſitionem, nec dicere eſſe, vel non eſſe, id eſt affirmationem, vel negationem; Ex altera vero parte totum oppoſitum ex ſuis conuincitur verbis, nam inquit ꝙ principiū demonſtrationis eſt propoſitio immediata; quam immediatam propoſitionem demum diuidit in poſitionem, & dignitatē, poſitionem vero diuidit in ſuppoſitionem, & diffinitionē, ergo ſeqtur quod diffinitio ſit ſpecies ꝓpoſitionis immediatæ; quia quidquid prædicatur de prædicato, prædicatur etiā de ſubiecto ſub illo prædicato contento, at propoſitio prædicatur de poſitione, poſitio de diffinitione, igitur & propoſitio de diffinitione prædicabitur, per regulam Ariſtotelis ante prædicamentalem, (Quando alterum de altero prædicatur vt de ſubiecto &c.) igitur diffinitio erit propoſitio, diceretque eſſe, vel nō eſſe; Sed in paucioribus verbis contradictio

hæc ſic perſtringatur, omnis poſitio eſt propoſitio, omnis diffinitio eſt poſitio, igitur omnis diffinitio eſt propoſitio; vlterius omnis propoſitio dicit eſſe vel non eſſe, igitur diffinitio cum ſit propoſitio dicet eſſe, vel non eſſe, quod tamen apertiſsime negat Ariſt. cum dicat. (Quæ verò ſine hoc diffinitio) Hanc contradictionem Themiſtius inter Ariſt. interpretes primus fuit qui eam adnotauit, cuius difficultatem videns, ſoluendi onus poſteris reliquit, quàm verò varia & diuerſa ſuper hac contradictione dixerint Expoſitores, omnibus notum eſſe exiſtimo; Sunt .n. ſicut dici ſolet, (tot expoſitiones, quot expoſitores, à quarum omnium recitatione ſuperſedere ſatius fore exiſtimaui, magna enim fieret confuſio & intricatio, inſimulq; & magna temporis contritio, principaliores tamen, ac famoſiores tantum afferam, demum quid ſit ſentiendum in medio proponam. In primis reperio Ioannē Gram. com.7. dicentem diffinitionem non eſſe prædicatum, ſed explicare naturam diffiniti, cum autē explanat naturam diffiniti non dicit eſſe, vel nō eſſe; Quæ reſponſio in duobus deficit, primo quia nō ſoluit dubitationem, demum etiā ſi admittamus diffinitionem non eſſe prædicatū, quid inde ſequitur, non.n. poteſt negare eam eſſe Solutio Ioannis Gram. Confutatio.

propoſitionem, conuincitur enim argumento ſuperius facto, quod ſi eſt propoſitio, quomodo non dicit aliquid eſſe vel non eſſe? Secũdo peccat, quia negat diffinitionẽ eſſe prædicatum, cuius oppoſitũ habetur ab Ariſt. Primo Top. Cap. 4. vbi inter prædicata cõmemorat diffinitionem; Et primo huius tex. 30. ex ſententia omniũ vult. Ariſtoteles diffinitionem eſſe prædicatum in primo modo dicendi per se, Quam ſententiam & in 6; et in 8. Top. Ariſt. voluit, immò omnibus in locis explicat ipſam diffinitionem eſſe prædicatũ.

Prima ſolutio D. Thomæ. Diuus Thom. duas dat huic difficultati ſolutiones, prima eſt, diffinitio & ſi actu non ſit propoſitio neq; affirmet neq; neget, potentia tamen eſt propoſitio, inuenta enim diffinitione facilè eſt eam aptare diffinito, & cõficere propoſitionem;

Reijcitur prima ſolutio. D. Tho. Quæ ſolutio non videtur recta, quia Ariſt. non agit de propoſitione potentia, ſed actu, actu propoſitio eſt de eſſentia principij ſyllogiſtici, quare actu erit de eſſentia poſitionis, ſuppoſitionis & diffinitionis;

Secunda ſolutio D. Thomæ. Dedit ſecundam, in qua dicit nõ diuidi ab Ariſt. poſitionem in ſuppoſitionẽ, & diffinitionem, ſed principium immediatũ, principium autem immediatũ eſſe poteſt aliquod, quod neq; affirmet, neq; neget;

Confutatio. Quæ ſecunda ſolutio etiam nulla eſt, quia Ariſtot.

clarè

clarè dicit poſitionem aliam diffinitionem, neq; eſt quod reuocent omnia ad principium immediatum; Prætereà, vbi nam vidit principium immediatum non eſſe poſitionem? cũ Ariſt. ipſum deſcribens dixit, Principiũ autem demõſtrationis eſt propoſitio immediata; Inſuper ſic dicens; facit Ariſt. vti æquiuocatione, cum alio modo accipiat hic principium, & alio modo ſuprà tex. 13. dum ipſum per deſcriptionem declarauit; Albertus Magn. tract. 2. cap. 4. negat abſolutè diffinitionem eſſe propoſitionem, neq; omnis poſitio eſt propoſitio dicit ipſe; Quæ ſolutio aduerſatur textui manifeſtè, ordine enim quodam Ariſt. in tex. hæc omnia nectit, principium, propoſitionem immediatam, diuiſionẽ principij, in dignitatem, & poſitionem, ſubdiuiſionem poſitionis in ſuppoſitionem, & diffinitionem, quod ſi partes diuidentes debet neceſſario participare naturam diuiſi, nõ eſt negandum poſitionem non eſſe propoſitionem; Ægid. Rom. narrat opinionẽ quorundam, qui ſic ſoluebant dubitationem; diffinitio dupliciter conſideratur, vel vt eſt diffinitio, vel vt eſt poſitio, ſi primo conſideretur modo, abſq; dubio dicit aliquid eſſe, vel non eſſe, affirmatq; vel negat; Secundo modo neutrum habet dicit Ariſt. in textu; Re- | Reſponſio Alberti Magni | Confutatio. | Prima ſolutio Aegidij.

Confu- tatio. darguitur hæc ſententia ijs argumentis quæ nunc ſuprà facta ſunt; Affert ſuam Ægid. dicitq; verbum (eſt) dupliciter poſſe conſiderari, vel compoſitiuè, vel expoſitiuè, compoſitiuè quando aliquid componit, & coniũgit, vt homo eſt mortalis, verbum (eſt) coniũgit mortale cum homine, & ſimiliter in omnibus prædicationibus accidentarijs verbum (eſt) habet aliquam compoſitionem; expoſitiuè verò, quando non componit, ſed tantum exponit, vt pluuia eſt aqua guttatim cadens, & ſi modo pluuia non ſit, verbum tamen (eſt) non dicit exiſtentiam, ſed expoſitionem ſubiecti; Sumpſit Ægidius hanc ſententiam ab Auerroe, & aliqua ex parte ex Ioanne Gram. modo diffinitio non dicit eſſe, vel non eſſe componendo, ſed exponendo, Ariſt. autem negat diffinitionem dicere eſſe, vel non eſſe componendo; Quæ ſolutio aliqua ex parte mihi placet, tamen iudico illud eſſe aliquantum alienum ab Ariſt. quod vult diffinitionem nullo modo componere, ſed tantum exponere, vtrumq; enim munus habet, neq; enĩ fieri poteſt expoſitio ſubiecti, niſi & fiat cõpoſitio partium diffinitionis cum ſubiecto, & ſi non tanta ſit compoſitio in hac diffinitione homo eſt animal rationale, ſicut eſt in hac, homo eſt albus, eſt tamen tanta compoſitio,

Solutio propria Aegidij.

Confutatio

ſitio, quanta eſt neceſſaria ad affirmationem, vel negationem,ſeu ad eſſe, vel non eſſe; Alij recentiores ſoluunt hanc dubitationem alia reſponſione, diffinitio ſecundum ſe conſiderata dicit eſſe, vel non eſſe, non tamen dicit aliquid ineſſe, vel non ineſſe, ſicuti ſuppoſitio, cum Ariſt. negat diffinitionē dicere eſſe, vel non eſſe, intelligendum eſt de ineſſe, & non ineſſe; Gratis eſt hoc dictum, & non verè, nam Ariſt. non dicit ineſſe, vel non ineſſe, ſed abſolutè dicit eſſe, vel non eſſe, vult etiam diffinitionem eſſe poſitionem ſine his, ideſt ſine hoc quod dicat aliquid eſſe, vel non eſſe, vt dicit ſuppoſitio; Inſuper ſuppoſitio non dicit aliquid ineſſe, neq; exemplū Ariſt. hoc probat, ſed abſolutè dicit eſſe, vel non eſſe, vt exemplum Ariſt. de ſuppoſitione declarat acceptum ab vnitate, quæ non dicit ineſſe, vel non ineſſe, exiſtentia enim nō inexiſtit. Quidam Neoterici volunt diffinitionem dupliciter conſiderari; primo vt eſt inſtrumentum ſciendi, ac principium quodā demōſtrationis, quo modo eſt ſimpliciſsima, non habet compoſitionem cum eſſe, vel non eſſe; poſteriori modo ſumitur vt cum ſubiecto, & diffinitione propriè dicta mediāte copula fit propoſitio, vt homo eſt animal rationale, modo Ariſt. vult diffinitionem ſecundum ſe

Solutio quorundam Recentiorū

Reijcitur.

Alia ſolutio.

ſumpta debet eſſe propoſitio, nam eſt ſpecies principij immediati, Auerroes autem illam analogiam fingit inter diffinitionem, & ſuppoſitionem; Vltima ſolutio quæ cæteris eſt rectior, eſt quæ eruitur ex Auerroe in expoſitione media, immò ex verbis met textus & hæc eſt, quod diffinitio eſt propoſitio affirmans, vel negans, neq; contrarium huius hic docet Ariſt. & prò hac ſolutione eſt notandũ diſcrimen inter ſuppoſitionem, & diffinitionem factum ab Ariſt. in hoc tex. quòd ſuppoſitio ex natura ſua ponit rem aliquam eſſe, ſiue ſit integra propoſitio, ſiue ſit aliquid incomplexum, & hoc patet in omnibus ſuppoſitionibus mathematicis, ſupponit Arithmeticus vnitatem eſſe, iam ponit exiſtentiam vnitatis; ſupponit Geometra lineas paralellas non concurrere, hæc ſuppoſitio ponit aliquid hoc eſt non concurrunt, diffinitio autẽ & ſi præcognoſcit de ſubiecto præcognitione dirigente ipſum entitatem habere, tamen non dicit eſſe, vel non eſſe ipſa diffinitio, ſed abſolutè pronunciat, homo eſt animal rationale, non ſupponendo hominẽ eſſe, ſiue ſit, ſiue non ſit, neq; ponit ipſa diffinitio hanc propoſitionem eſſe veram, ſed tantum conectit duo extrema eſſentialia inter ſe; duplex ergo eſſe, vel non eſſe, poteſt conſiderari in

Vera ſolutio

diffinitione, primum quòd diffinitio ſupponit eſſe ſicuti ſuppoſitio, & hoc nullo ei conuenit modo; Secundum quod affirmet, vel neget cum quadam copula, & hoc eſſe, eſt proprium diffinitionis, vt eſt inſtrumentũ ac principium indemonſtrabile; qñ Ariſtot. ponit diſcrimen inter ſuppoſitionem, & diffinitionem, & ait eſſe, vel non eſſe, non competere diffinitioni, non loquitur de affirmatione, vel negatione, ſed de primo eſſe loquitur; Quòd hæc expoſitio quadret textui, hinc dignoſcitur; nam Ariſt. quando probat diffinitionem eſſe poſitionem, inquit (ponit enim Arithmeticus vnitatem indiuiſibile eſſe ſecundum quantum,) ac ſi diceret Arithmeticus ſic diffinit vnitatem. Vnitas eſt quid indiuiſibile ſecundum quantum, quid poteſt eſſe clarius modo diffinitionem affirmare, vel negare; Quòd autem diffinitio non habeat illud eſſe, quod ſupponit ſuppoſitio, idem Ariſt. explicat, ait enim, (Nam quid eſt vnitas, & vnitatem eſſe non idem) ideſt aliud eſt affirmare vnitatem eſſe indiuiſibile; aliud eſt dicere vnitatem habere entitatem, primum affirmat diffinitio, ſecundum non; Vt ergo breuiter dicamus ſententiam Ariſt. ſic erit reſpondendum. Non negat Ariſt. in diffinitione eſſe affirmationem,

vel

vel negationem, ſed tantum negat illud eſſe, vel nõ eſſe; q ponit ſuppoſitio, vnde & nos optime dicimus diffinitionem eſſe propoſitionem, & principium immediatum, & affirmare vel negare, & tamẽ non ſupponere eſſe, vel non eſſe, ſicut ſuppoſitio; Licet autem ſolutio hæc ſatis recte difficultatem hanc dirimat; ſolitus ſum tamen alio modo reſpondere, quæ ſecunda ſolutio minime erit ſpernenda, cum etiam ipſa ex intimis Ariſt. penetralibus ſit deſumpta; pro qua præmitto duplex eſſe diffinitionis officium, alterum primarium, alterum ſecundarium; primarium ac principale diffinitionis officiũ eſt explicare rei eſſentiam, ſeu quidditatẽ, penes quod officium diffinitio conſiderata non dicit eſſe, vel non eſſe; ſecundarium diffinitionis officium eſt reddere cauſas accidentium inexiſtentium diffinito, penes quod ſecundarium officium eam conſiderauit Ariſtot. Primo de Anima con. tex. 11. dicens; (Vana, & dialectica eſt illa diffinitio, quæ nõ reddit cauſas accidentium ſubiecto inexiſtentium;) quam tandem ſententiam habuit Quarto Phy. con tex. 32. penes quod officium ſecundarium diffinitio conſiderata, neceſſe eſt vt diffinito coniungatur, ac pro medio in demonſtratione ſumatur, vt in eodem Primo de Anima

Alia ſolutio.

continuum, cujus quanti continui principium eſt punctum.

*Controuerſ. 1. ſuper tex. 15.*

Cur Ariſt. in primis verbis tex. præponat verbum, credere, verbo, ſcire, econtrà infrà.

CVm in primis verbis iſtius contex. dicat Ariſt. (Quoniam autem oportet credere, & ſcire rem &c.) & præponat verbũ credere verbo ſcire, in fine verò eiuſdem contex. eadem re aſſumens verba, e contrà faciat, & præponat verbum (ſcire) verbo (credere,) dicit enim (quare ſiquidem ſcimus per prima, & credimus) videbitur Ariſt. ſibi contrarius, ac in ordine inconſtans; Pro ſolutione iſtius difficultatis eſt primo attendendum, hæc prima textus verba dupliciter legi, Aliqui textus legunt ſicut iam dictum eſt, aliqui verò loco illius verbi (ſcire) legunt (cognoſcere) qui ſecundus textus erit magis approbandus, cuius ratio eſt, quia comparãs Ariſt. principia, & concluſiones ad inuicem, non poteſt illa comparare quo ad ſcire, cum principia non ſciantur, comparari autem illa ad inuicem poterũt in cognitione, quia principia, & concluſiones cognoſcuntur, & iuxtà hunc textum copula illa (&) ſtabit expoſitiuè prò ideſt, & ſenſus verborũ textus erit iſte (qm autẽ oportet credere, & , ideſt cognoſcere &c.) Secũdo eſt notãdũ cur vtatur illis duobus verbis; erit dicendum vt det intelligere

ſe le-

ſe loqui non de quolibet credere, ſed tantum de illo credere, quod eſt cognoſcere, ſeu quod eſt cum cognitione, ad differentiam illius credere quod eſt ſine cognitione, de quo Ariſt. fecit mentionem Primo Elench. ad principium, dum dixit (oportet diſcipulum eſſe credentem) cum enim diſcipulus credit, ſeu fidem adhibet dictis præceptoris, ſæpe immo ſepius illis fidem præſtat abſq; cognitione; quod autem de hoc credere quod eſt cum cognitione loquatur Ariſt. in præſenti, comprobo per ipſummet Ariſtot. qui in fine iſtius contex. eadem replicans verba dixit, (quare ſi quidem ſcimus per prima, & credimus) vbi loco verbi (ſcimus) pariter legendum eſt (cognoſcimus) in qua textus particula præponit verbum cognoſcimus verbo credimus ob rationem dictam, vt nempe daret intelligere ſe loqui de illo credere, quod eſt cum cognitione, ac etiã vt ſignificaret nihil referre ſi vnum verbum alteri præponatur, quocircà non redditur Ariſt. ſibi contrarius, nec in ordine inconſtans, cum voluerit ipſe indicare nobis, nihil refferre ſi credere præponatur vel poſtponatur ipſi cognoſcere, cum credere additũ ipſi cognoſcere, ſignificet firmam adhæſionem cum cognitione.

*Controuer. 2. ſuper eod. contex. 15.*

HAnc vulgatiſsimam habet propoſitionem in iſto contex. 15. (ſemper enim propter vnum quodq; tale, illud magis eſt) de cuius propoſitionis veritate quã maxima eſt inter expoſitores diſſenſio, ideo illam intendo declarare; Et in primis dico, quòd illi qui aſſerũt hanc Ariſt. propoſitionem non eſſe veram in quolibet genere cauſe, in maximo detineri errore cum iuxtà Ariſtot. doctrinã in omnibus verificetur cauſis; Nam in. 2. Phy. tex. 31 ac. 5. Met. tex. 2. eam verificauit in genere cauſæ materialis, & efficientis, dicens præmiſſas eſſe concluſionis cauſas materiales, & efficientes; In cauſa finali adhuc ꝓpoſitio eſt vera, vt indicat exẽplum de puero, & magiſtro; Nec eidem deeſt veritas in genere cauſæ formalis, vt teſtatur Ariſt. 7. Met. tex. 7. dum probat formam eſſe magis ens, meritò iſtius propoſitionis; In maximo adhuc ſunt errore dicentes propoſitionem hanc non eſſe veram ſimpliciter, ac abſolutè, ſed vt in pluribus, eſſeq; ꝓpoſitionẽ probabilem, ſicut dixit Sueſſanus in 2. Topi. & ideo dixit Ariſt. eam propoſuiſſe ibidem, vbi ſolitus eſt ſcribere propoſitiones probabiles, ac vt in pluribus veras, eo quia Ariſt. eam etiã in pñti libro adduxit, vbi ſolitus

An illa propoſitio ſemper ꝓpter vnũ quodq; & illud magis ſit vera;

eſt ꝑponere ꝑpoſitiones veras, Acedit quòd eãdẽ pariter ſcripſit in 2. Met. t. 4. Adde, quòd Ariſt. adducẽs eã, apponit (ſẽper) q̃ aduerbiũ dicit æternitatẽ, cũ igitur dicat Ariſt. (ſẽper ꝑpter vnũq.) & illud magis) dat intelligere talẽ ꝑpoſitionẽ eſſe æternæ veritatis; Inſuper ſi eorũ opinio eſſet vera; nẽpè quòd talis ꝑpoſitio nõ habeat veritatẽ in omnibus, adhuc sũt digni repræhẽſione, cũ nõ declarent in q̃bus retineat veritatẽ, & in q̃bus nõ, ad hoc vt q̃libet poſsit clarè cognoſcere an in præſẽti ꝑpoſitio Ariſt. ſit vera, vel falſa; Quare his omiſſis, dico quòd vnica eſt limitatio, quæ ſaluat dictã ꝑpoſitionẽ, & quæ ſoluit oẽs inſtãtias quæ poſſũt adduci; & limitatio hæc eſt, q̃ hæc ꝑpoſitio eſt vera in eo ſẽſu, quo eã ꝓtulit Ariſt. eã aũt ꝓtulit cõparãdo causã effectui, ſi enim eſt aliqua cõditio, quæ vni cõueniat tãquàm cauſæ alteri verò tãquàm cauſato, tũc neceſſe eſt vt talis cõditio magis, aut prius, aut ꝑfectius cõueniat illi, cui tãq̃ cauſæ cõmunicatur, minus verò, aut poſterius, aut imꝑfectius inhæreat cauſato; Et huius ſẽtẽtiæ eſt Themiſtius, Io: Gram. & Auerr. Ex quibus colligitur, oportere illã cõditionẽ in qua fit cõparatio cõparatiui gradus naturã ſubire, participariq; sm̃ magis, & minus vel sm̃ prius, & poſterius, vel sm̃ perfectius, & imperfectius,

debetq; illa conditio, ſeu affectio vtriq; extremo, & cauſæ, & cauſato actualiter conuenire, & tunc inſtantiæ, quæ in dictam propoſitionem induci conſueuerunt, de facili omnes arcentur, ſicut illæ, hō eſt ebrius propter vinū, ergo vinum eſt magis ebrium, diſcipuli ſunt pigri ꝑpter ſomnum, ergo ſomnus eſt magis piger, Socrates eſt calidus propter ſolem, ergo ſol eſt magis calidus, nō valet talia inferre, ſicut nec valet dicere, hō eſt albus propter albedinem, ergo albedo eſt magis alba, eo quia carent debita comparatione, cum alterum extremum in quo fit comparatio nō participet illam affectionem, in qua fit comparatio, nam albedo non eſt alba, nec vinum eſt ebrium, nec ſol eſt calidus, niſi fortè virtualiter; Soluitur et illa, diſcipulus eſt doctus propter præceptorem, ergo præceptor eſt magis doctus, non valet, quia præceptor non eſt vera cauſa doctrinæ, quæ eſt in diſcipulo, cū vnuſquiſq; ſit doctus ob doctorem interiorē, vt doctè ſcribit Linconienſis in initio iſtius Primi Poſt. Neq; ſequitur linea eſt finita propter punctum ipſam terminantem, igitur punctum eſt magis finitum, quia finitum, & infinitum, ſoli conueniunt quātitati vt ſcriptum reliquit Ariſt. Primo Phi. tex. 15. punctum autem non eſt quantitas, licet ſit princi-

pium quantitatis continuæ; Similiter nõ valet dicere, Homo eſt riſibilis propter animal rationale, ergo animal rationale eſt magis riſibile, quia homo, & animal rationale sũt idem, & idem ad ſe ipſum non poteſt comparari; Vel dicendum erit animal rationale in rõne cauſæ perfectius, aut prius eſſe riſibile quàm homo; Nec etiã valet, Socrates eſt lõgus propter ſuam longitudinem, ergo eius longitudo eſt magis longa, eo quia illa longitudo non eſt longa propter aliam; Sed ex ſui natura propria; Nec iterum valet A. ignis eſt calidus propter B. ignem, ergo B. ignis eſt magis calidus, propter eãdem cauſã, ignis enim eſt calidus ex ſui natura; Sicut nec valet hic eſt pater propter Platonem, ergo Plato eſt magis pater, cum hic non ſit pater propter Platonem, ſed paternitate ſit pater. Ex limitatione itaq; adducta, hæc & ſimilia fugantur, ſicut nubes à ſole, vel à vento, Sed attendendum eſt hic, quòd Ariſt. dum probat principia demonſtrationis eſſe nobis notiora ipſa concluſione per propoſitionem dictam, ipſũ accipere principia ſub ratione qua generant in nobis cognitionem concluſionis, ac prò vt ipſam inferunt concluſionem, ſeũ clarius loquendo accipit concluſionem prò vt eſt effectus præmiſſarum, hoc eſt maximè attendendum,

dum,

dum,ratio eſt, quia ſi quis diceret Ariſtotelem accipere concluſionem ſub ratione qua eſt finis præmiſſarum, tunc Ariſt. non concluderet ſuum propoſitum, ſed magis illius oppoſitum, nam diceret ille, præmiſſæ, cognoſcũtur propter concluſionem, tamquã propter finem in quem ordinatur, ergo concluſio eſt magis cognita, cum ſit præmiſſarum finis; Niſi diceremus concluſionem ſub ratione finis eſſe magis cognitam cognitione confuſa, quod non eſſet ad propoſitum, quia Ariſt. non loquitur de cognitione confuſa concluſionum, dum dicit concluſionem eſſe minus cognitam ipſis principijs; Eſt igitur dicendum ipſum accipere concluſiones prò vt sũt effectus præmiſſarum; Et ex iſto intellectu diluitur aliud argumentũ quo dicet aliquis, falſum eſſe nos magis cognoſcere præmiſſas, quàm concluſionẽ, quia præmiſſæ, & concluſio ad inuicem referuntur, ea autem quæ relationem ad inuicem habẽt; ſimul cognoſcũtur, nec vnũ eſt altero notius; Profectò ſub tali ratione præmiſſæ non ſunt notiores cõcluſione, nec è contrà, ſed ſub tali ratione nõ accipiuntur ab Ariſt. hic, ſed quatenus præmiſſæ ſunt cauſæ efficientes, concluſio verò vt eſt ipſarum præmiſſarum effectus; Nec eſt etiã quòd quis dicat, quòd ſi ratio Ariſt. con-

cludit veritatem, nempè principia demonſtrationis nobis eſſe notiora ipſa concluſione, igitur ex notioribus nobis demonſtratio conſtabit, cuius oppoſitum ſuprà dicere intendebat, dum enumerabat ſignificata prioris, & notioris, colligebatur.n. ibi demõſtrationem conſtare ex notioribus natura, ſi quidem ex vniuerſalibus; Vel ſi ſibi non eſt cõtrarius; ſaltẽ colligetur eadem eſſe nobis, & natura notiora, quod tamẽ ipſe negabat; Negare non poſſumus quin demonſtratio conſtet ex principijs nobis notioribus, ob eius rationem, ex ipſis enim addiſcimus concluſiones; Ad incõuenientia verò qd ſit reſpondendum, iam ſatis clarè conſtat ex dilucidatis ſuprà in ſolutione controuer. primæ ſup. contex. 12. quare circà hæc non erit immorandum; Sed adhuc aliquis obijciet contrà rationem, qua Ariſt. probat principia eſſe notiora concluſione, cum non ſeruet ſuos canones, quos docuit. 7. Phi. quòd ea, quæ ad inuicem comparantur debent conuenire in ſpecie ſpecialiſsima, at cognitio concluſionis, & cognitio præmiſſarum non eſt vna, & eadem in ſpecie ſpecialiſsima, cum cognitio concluſionis dicatur ſcientia, cognitio autẽ principiorũ vocetur intellectus; Attendat ille, qui ſic obijcit, quòd omnis comparatio propriè di-

cta debet fieri in ijs, quæ ſunt eiuſdē ſpeciēi ſpecialiſsimæ, comparatio verò quæ non eſt ita propriè dicta, poteſt fieri in ijs, quæ conueniunt in genere vniuoco, vel ſaltem analogo, quomodo est comparatio præſens, qua Ariſt. comparat principia, & concluſiones in cognitione; Nec erit audiendus ille, qui voluerit obiurgare Ariſt. probantē principia eſſe notiora cōcluſione, meritò propoſitionis adductæ, propter vnū quodq; & illud magis, & dicere quòd talis ratio procedit ex cōmunibus, & ideo nō facere ſcientiā niſi per accidēs, ac ſophyſtico mō, ſicuti ipſe docebit infrà contex. 68. dum redarguet demonſtrationem Briſonis de quadratura circuli, & pcedēris per cōmunia, quo vitio peccare dicet rationem Ariſt. in iſto tex. adductā, cū initatur in iſto principio cōmuni propter vnumquodq; &c. Quià poſſumus primo dicere rationem Ariſt. non eſſe demonſtratiuam, ſed probabilem; Et ſi velimus talem rationem eſſe demonſtratiuam; Poſſumus ſecūdo dicere, quòd rationes procedentes ex principijs communibus in ſui communitate acceptis non facere ſcire niſi per accidens; at ſi procedāt ex cōmunibus principijs appropriatis tamen proprijs terminis facient ſcire per ſe, ſicq; erit ratio Ariſt. licet braeuitati

iſtudens non contraxerit tale principiũ commune ad proprios terminos, tali tamen principio vt appropriato vſus eſt.

*Controuerſ.1. ſuper tex. 21.*

Cúr Ariſt. prius afferat ſuã opinionem antequã confutet antiquos cũ alijs in locis e contra faciat.

PRopoſitis duabus antiquorum opinionibus, antequàm alteram illarum reijciat proponit ſuam opinionem dicens (Nos verò dicimus, &c.) In quibus videtur Ariſt. increpandus, cum non ſeruet ordinem ſibi ſolitum, & conſuetum in diſputando contra antiquos, ſolitus enim eſt Ariſt. primo antiquorum opiniones recitatas confutare, deinde ſuum affere iudicium, ſicuti eſt videre in Primo Phi. dum diſputat de principijs, ſic Primo Cœli, vbi diſputat cõtra antiquos dicentes infinitum dari, eſſe q; plures mundos; Pariter in Primo de Anima; in Primo de Gen; ac in Primo Met; omnibus ijs in locis prius confutat dicta ab antiquis; deinde ſuã proponit opinionem, hic verò oppoſitum facit, primò ſuam affert ſententiam, deinde antiquorum dicta reijcit. Verum eſt quòd Ariſt. in locis præcitatis primo reijcit antiquorum opiniones, vt ex tali confutatione manifeſtet an aliquid ab illis ſit rectè dictũ, vel non; & ſi aliquid recti dixerint, illud accipere poſsit; in præſenti autẽ parte oppoſitum facit, quia cognouit antiquos nihil

boni

boni dixiſſe, & præſertim qui negarunt ſciẽtiam, quid boni dixere? proponitq; ſuam opinionem, vt oſtendat fundamentũ, in quo antiqui innituntur eſſe falſum, quo manifeſtato ad abundatiorem doctrinam pluribus rationibus ſecundam opinionem eſſe falſam oſtendet, quocircà ſi hic oppoſito ordine à ſibi ſolito vtatur, non erit redarguendus de inconſtantia, cũ id ratione ſit ab ipſo actum.

*Contrìouerſ. 2. ſuper eodem contex. 21.*

Dicit Ariſt. principiorum immediatorũ eſſe ſcientiam; Cuius oppoſitũ aſſerit. 6. Ethic: dum hoc ibi negat; Tollitur hæc controuerſia, animaduertendo quòd hoc nomen (ſciẽtia) dupliciter accipitur, vno modo prò ſcientià indemonſtrabili, ſicq; principiorum immediatorũ eſt ſcientia, nempè indemonſtrabilis; alio modo accipitur ſciẽtia, prò ſcientia demonſtrabili; quam conuenire principijs immediatis 6. Ethic. negauit; Sed contra hanc ſolutionem adhuc ille inſtabit, & dicet Ariſtotelẽ adhuc contradicere ſibi hic, & 4. Met; Cum hic iuxtà ſolutionem datã aſſerit principiorũ immediatorũ eſſe ſciẽtiam indemonſtrabilem, ſi ſic, erunt igitur indemonſtrabilia; quomodo ergo illa probare poterit loco citato? at cum illa ibi probet, non erunt igitur indemõſtrabilia; Dicen- *An principiorum immediatorũ ſit ſciẽtia.*

dum

dum eſt, quòd ſimpliciter ſunt indemonſtrabilia, at negāti ſunt demonſtrabilia, quare ea ibi probat non ſimpliciter, ſed tantum ipſi neganti; Si autem principiorum immediatorũ eſt ſcientia indemonſtrabilis, quæret quis quid nomine principij Ariſt. intelligat, ratio dubitandi eſt, quia iam habitum eſt ab Ariſt. Cap. 2. iſtius Primi, principium immediatum eſſe duplex, aliud poſitio, aliud dignitas, quæ poſitio ſubdiuidebatur in ſuppoſitionem, & diffinitionem; Reſpondendum eſt Ariſt. nomine principij omnia intelligere, & dignitates, & poſitiones, ac eius ſpecies. ſ. ſuppoſitiones, ac diffinitiones; Sed ad huc quis obijciet, cum diffinitio ſit quadruplex materialis, formalis, efficiens, ac finalis, quã harum intelligit nomine principij? Nullam videtur poſſe intelligere, cũ nulla illarũ poſſit eſſe principium indemonſtrabile, quod probatur & primo de diffinitione materiali, quæ eſt ignota, ergo non poterit eſſe principiũ indemonſtrabile; Nec formalis, quia Ariſt. in 2. huius docet modum quo inueſtigatur; Nec efficientem, nec finalem nomine principij poterimus audire, quia ambæ ſunt ignotæ, tum quia non declarãt rei eſſentiam, efficiens enim docet à quo res ſit, finis verò propter quòd ſit; Inſuper ſi per principia intel-

ligis

ligit dignitates, loquiturnè de omnibus dignitatibus? Primæ dubitationi reſpondetur Ariſt. per principia intelligere diffinitiones, quæ.s. ſunt veræ diffinitiones, & quæ per ſe ſunt notæ, cuius modi ſunt formales, aliæ ab his non ſunt veræ diffinitiones, cum non declarent quid ſit res, quod ſola formalis præſtat: Similiter & ſecūdæ difficultati fit ſatis, Ariſt. loqui de dignitatibus quæ verè & ſimpliciter ſunt dignitates.

*Controuerſ. 3. ſuper eodem contex. 21.*

IN vltimis verbis eiuſdem contex. vult Ariſt. nos cognoſcere principia ratione qua terminos cognoſcimus; Cui dicto ratio videtur repugnare; ſi.n. principia à nobis cognoſcuntur ratione terminorum, vel illa cognitio terminorum eſt quid nominis, vel quid rei; nō ſecundum, quia ſic eſſet procedere in infinitum, vt clarè conſtat, cum termini explicantes principia ipſa debeant etiā cognoſci à nobis quo ad quid rei, & ſic de terminis quorum cumquæ aliorum principiorum, ſicq; in infinitū procederetur; Nec illa cognitio erit qd nominis, cū talis cognitio ſit imperfecta, quare & principia imperfectè eſſent cognita; Profectò eſt aſſerendum, principia cognoſci ratione terminorum cognitione quid nominis; Cum obijcitur quòd talis cognitio An principia cognoſcātur ratiōe terminorū.

quid

quid nominis eſt imperfecta, verũ eſt, cõſiderando talem cognitionem in ſe, & meritò ſui, at conſiderando illam cognitionẽ reſpectu intellectus noſtri illam de principijs habentis, qui ea habita, immediatè fidem illis præſtat, ſic eſt cognitio perfecta, cũ talis terminorum cognitio ſit ſufficiens ad hoc vt intellectus ipſis aſſentiat, cum ipſa principia ex ſui natura ſint nobis clara, immò quaſi nobis inſita; Et iuxtà hanc ſolutionem, omittenda eſt prima Ioannis Gram. expoſitio ſuper hæc verba, quam ipſe dat ex mẽte Philoſophi, vbi nomine( Philoſophi) credo quòd intelligat Porphyrium, dicitq́; Ariſt. per illa verba velle demonſtrare in rebus ipſis eſſe ſtatum, ideò dicit non ſolum eſſe ſcientiam, ſed etiã eſſe principium ſcientiæ, id eſt intellectũ diuinum, quo illuſtrati, terminos, id eſt intelligentias cognoſcimus; Et huius expoſitionis Ioannes Gram. affert rationem, nam ipſi dicunt ſenſibilia reduci ad corpora cœleſtia, & hæc corpora cœleſtia ad intelligentias, ſeu ad formas diuinas, quas nos intellectu diuino illuſtrati cognoſcimus, ſicq́; in ipſis rebus reperitur ſtatus, cum ſit deuenire ad intellectum diuinum, vltrà quem alius non reperitur; Hæc inquàm eſt omittenda expoſitio, cũ excedat terminos, ac limites fa-

Cõfutatur ſolutio Ioannis Gra prima;

cultatis logices; Cum etiã loquamur de principijs demonſtrationis, non poterit per principium ſcientiæ exponere intellectũm diuinum, per terminos verò, formas diuinas, ſeũ intelligentias; Ideò hoc fortaſſe ipſe Ioannes animaduertens dedit ſecundam expoſitionem, quam ſumpſit ex Themiſtio, quam etiam ipſe magis laudat, magiſq; ad propoſitum eſſe affirmat, & vult quòd per principium ſcientiæ intelligat intellectum noſtrũ, per teminos, ſubiectum audiat, & prædicatũ, ad quod ſubiectum, & prædicatum propoſitio immediata reſoluitur ex illis quoq; cõponitur, dat exemplũ, omne totum eſt maius ſua parte; de quolibet eſt verum affirmare vel negare; huiuſmodi hæc principia cognoſcimus ratione terminorũ, ac cognitione quid nominis; quod autem per terminos, intelligat ſubiectum & prædicatum confirmari poteſt ex diffinitione termini ab Ariſt. data in principio Primi Priorum dum dixit Terminum voco in quem diſſoluitur propoſitio, vt prædicatum, & id de quo prædicatur.

Secunda ſolutio Ioannis Gram.

*Controuerſ ſuper contex. 22. 23.*

IN his duobus contextibus incipit redarguere ſecundam opinionem aſſerentium omnium eſſe demonſtrationem circularẽ, & quia iſta opinio duo dicit, primo. n. dicit dari

An prima Ariſt. ratio cõtra antiquos dicentes dari demõſtra-

tionem circula-ré, cõclu dat rectè.

dari demonſtrationem circularem, ſecundò dicit, omnium eſſe demonſtrationem circularem, ideò diſtinctè procedendo Ariſtoteles vtraq; dicta confutat, & primò deſtruit primum dictum, quo affirmāt dari demonſtrationem circularem in his duobus contextibus tali ratione; Si daretur demonſtratio circularis, ſequitur eadem eiſdem comparata eſſe priora, & poſteriora, notiora, & ignotiora, quam conſequentiam deducit in illis verbis (ſiquidem demonstratio conſtat ex prioribus, & notioribus; Et ſiquis reſponderet nõ eſſe inconueniens eadem priora, & poſteriora, notiora, & ignotiora eſſe ſecundum diuerſas rõnes, vel quò ad nos, vel ſimpliciter, ſeu quò ad naturam, vel è contrà, Ammouet hanc reſponſionem, & dicit ſeqtur ſcire ſimpliciter non eſſe rectè diffinitum, cum ex reſponſione ſequatur dari aliud ſcire quod nõ erit per cauſam; hæc eſt tota prima ratio; Quæ apud antiquos dicet ille nullius eſt roboris, quia ipſi concedent ſcire non fuiſſe ab Ariſt. rectè deffinitum, quia ſcire ſimpliciter poteſt haberi tàm per priora, & notiora ſimpliciter, q̃ p priora & notiora quò ad nos, ſicq; ratio Ariſt. nùlla erit; Niſi eſſet quòd Ariſt. adduxit diſfinitionẽ ſcire ex cõmuni omnium conſenſu, quam confirmauit pariter ex

cõmuni

cōmuni omnium conſenſu, & dixit (Scientes. n. & non ſcientes fatētur &c.) profectò eius ratio eſſet pauci roboris, cum igitur antiqui talem ſcire diffinitionem non poſſint negare, quam ſi negarent, non eſſent audiendi, cū cōmuni omnium conſenſui reclamarent, nec contra illos eſſet diſputandum, quia contrà negantes principia non eſt diſputandum teſte Ariſt. primo. Phi. tex. 8. deffinitio autem ſcire eſt principiū in Logica facultate, idcirco eos rectè redarguit, cum talem ſcire diffinitionem rectè fuiſſe tradditam affirmare ſint coacti.

*Controuerſ. ſuper tex. 24.*

IN hoc contextu format Ariſt. ſecundam rationem contrà antiquos dicentes dari demonſtrationem circularem; Quæ talis eſt; Si daretur demonſtratio circularis, ſequetur ꝙ idem per idem demonſtrabitur, & demonſtrare nil eſſet aliud quàm dicere, ſi hoc eſt, hoc eſt, ſicq; omnia demōſtrare eſſet facillimū; Quæ ratio nihil videtur cōcludere, cum id quod prò inconuenienti habet Ariſt. non ſit inconueniens; Cuius ratio eſt, ſicut id quod eſt notū per aliud, probatur per aliud, ſic quoq; à ſimili arguendo, id quod eſt notū per ſe, ſeu ex ſeipſo, poterit per ſe ipſum probari; Quod etiā confirmatur ſic, diffinitio & diffinitū

Examinatur ſecunda ariſt. ratio.

diffinitum ſunt idem, & tamen diffinitum per diffinitionem probatur, ergo idem per idem probabitur; Profecto abſurdum eſt idem per idem probare, cuius hæc eſt ratio, omne quod probatur per diſcursū probatur, at diſcurſus ſicut vnicuique conſtat, cadit ſemper inter diuerſa, ergo idem per idē probare erit impoſsibile, idcircò argumenti adducti neganda eſt ſimilitudo, & ratio negationis iam erit nota; Licet autem diffinitio & diffinitum ſint idem, & diffinitum per diffinitionem probetur, hoc tamen non eſt inconueniens, quia diffinitio & diffinitum ſunt re idem, ratione verò differunt, quod ſat eſt prò Ariſt. ratione; Sed maior inſurgit difficultas contra prædictam rationem, quæ ſi habet vim & robur contra antiquos, habebit etiā vim contra ipſum met Ariſt. in 2. huius vbi docet modum demonſtrandi in cauſis ad inuicem ſe demonſtrantibus, in quibus pariter ſequetur idem per idem demonſtrari, & quod talis modus demonſtrandi nihil erit aliud q̃. dicere, ſi hoc eſt, hoc eſt, qui modus demonſtrandi ſi ab Ariſt. in præſenti ridiculoſus, & leuis diiudicatur, hoc erit cenſendum in cauſis ad inuicem ſe demonſtrantibus quod tamē Ariſt. ibi eſt repugnans; Amplius eſt inſtantia in terminis relatiuis, vt pater, & filius, in qui-

Dubitatio.

bus

bus valet dicere ſi pater eſt, filius eſt, & è cõtrà ergo ſeqetur dicere, ſi pater eſt, pater eſt, ab vnoquoq; conſequentia hæc negabitur, ſic ergo Ariſt. conſequentia erit quoq; negãda, Si quis dixerit hanc Ariſt. rationem eſſe probabilem & non demonſtratiuam de facili difficultatibus occurret; at ſuſtinendo huius oppoſitum, eſt notandum Ariſto. rationẽ huic inniti fũdamẽto, quòd quid eſt cauſa adæquata alicuius, eſt cauſa etiã cuiuſcumq; illius, cuius illud erat cauſa adæquata; Et hoc fundamentum voluit Ariſt. ſignificare in illis textus verbis. (Si igitur. A. exiſtente, neceſſe eſt. B. eſſe, hoc autem exiſtente ipſũ. A.) vſus eſt illa conditionali (ſi) non vt conſtitueret ſyllogiſmum hippotheticum, ſed vt ſignificaret per. A. intelligere propoſitionem quæ ſit cauſa propria, & adæquata ipſius propoſitionis. B. cum igitur hæc Ariſt. ratio vim & robur accipiat à prædicto fundamento, quid ſit reſpondendum inſtantijs adductis, vnicuiq; erit notum; licet. n. cauſæ illæ adinuicem ſe inferant, vna tamen non eſt alterius cauſa adæquata; pariter & ſi termini relatiui hanc habeant naturam vt adinuicem ſe inferant, ob hoc tamen non ſequitur quod infertur, cum vnum relatiuum non ſit cauſa adæquata alterius, pater. n. nõ eſt cauſa adæ-

Solutio prima.

Solutio ſecunda.

quata filij, necècontrà, aſſumendo patrem & filium prò relationibus, immò pro relationibus acceptis æqualiter ſe habent; Ex quibus infero demonſtrationes quæ ſunt in terminis relatiuis, non eſſe demonſtrationes perfectas, de quibus nunc Ariſt. loquitur, ſicq; bræuiter tolluntur inſtantiæ adductæ, licet expoſitores multa afferant ad hoc vt euitent argumentum adductum de cauſis quæ ſe mutuo inferunt: Sed adhuc quis dicet, ſicut Ariſt. negat demonſtrationem circularem propter abſurda quæ ſequuntur, & quæ adducta ſunt in rationibus prædictis, ſic quoq; erit negandus ſyllogiſmus circularis, quem tamẽ ipſe admitit 2. Lib. Priorum; Vel ècontrà, ſicut concedit ſyllogiſmum circularem, ſic quoq; debet concedere demonſtrationem circularẽ; Attendat ille differentiam eſſe maximã inter Syllogiſmum & demonſtrationem; Demonſtratio circularis negatur ab Ariſt. quia ipſa includit materiam neceſſariam, à qua abſtrahit ſyllogiſmus circularis, immò à qualibet materia ſpeciali ipſa eſt immunis, dico (ſpetiali) quia nec materiam neceſſariam, nec probabilem, nec ſophiſticam in ſe continet, & propter hoc ſyllogiſmum circularem Ariſt. admittit, demõſtrationẽ verò circularẽ negat.

Corrolatinum.

An detur syllogiſmus circularis.

Reſpõſio

*Controuerſ. 1. ſuper tex. 26.*

INquit Ariſt. Ex vna propoſitione nihil ſequi neceſſario; Huius oppoſitum habet ipſe Primo Priorum ſectione 3, vbi dicit quod vno poſito ſequitur concluſio; Quod & ratione confirmatur, ex hac n. propõne, homo eſt, ſequitur neceſſario ergo aĩal eſt; Equidẽ ex vna propoſitione poteſt ſequi aliquid ex neceſsitate, ſed non ex neceſsitate ſyllogiſtica, & hoc eſt quod voluit Ariſt. Primo Priorum loco alegato, In plus enim eſt ſequi neceſſario, q̃ ſyllogiſticè, cui ſententiæ ſubſcripſit Alex. Aphrod. ibidem, ac in diffinitione ſyllogiſmi; Et ſi quis quærat an tales rationes poſsint reduci ad ſyllogiſmum, Id ego non negarem, ſcio tamen poſſe fieri ratiocinationem, quæ neceſſario concludat, & ſi non ſyllogiſticè, verum ſi ad ſyllogiſmũ reducatur euidentior, ac clarior apparebit neceſsitas; Ad authoritatẽ verò Primi Priorum, Dicẽdũ eſt verum eſſe ex vna propoſitione aliquid ſequi enthimematicè, at ſillogiſticè nequaquàm. An ex vna ꝓpoſitione aliquid neceſſario ſequatur.

*Controuerſ. 2. ſuper eodem contex. 26.*

IAm dixit Ariſt. ex vna propoſitioue nihil ſequi neceſſariò, Addit nunc (ex duabus autem poſitionibus primis, ac minimis contingit, ſi quidem & ſyllogicare &c.).

ſenſus quorum verborum ſatis eſt clarus qui eſt talis, quòd ſi ſyllogiſmus conſtat ex duabus propoſitionibus, ex quibus deinde ſequitur concluſio, ergo etiã demõſtratio conſtabit ex duabus propoſitionibus, cum demonſtratio ſit ſpecies ſyllogiſmi; Ex quibus verbis clarè videtur colligi concluſionẽ nõ eſſe de eſſentia ſyllogiſmi, ac demonſtrationis; Quam eamdem ſententiam viſus eſt ſignificare ſuprà pluribus in locis, vt in tex. 8. dicens, Demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire.s. concluſionẽ, concluſio tunc videtur excludi à demonſtratione, ac ſyllogiſmo; Pariter & in tex 9. ſubſequẽti dum dixit, Demõſtratio conſtat ex ueris primis, & immediatis, &c. cum præmiſſæ ſint immediatæ, concluſio verò mediata, qã â præmiſsis infertur nõ erit ergo de eius eſſentia; pariter & in tex. 15. (Quoniam oportet credere & ſcire rem, co quod habemus ſyllogiſmum quem vocamus demonſtrationẽ; Eſt autem hic, cq. quod hæc ſunt, ex quibus eſt ſyllogiſmus.) In quibus verbis apertè reijcere videtur cõcluſionẽ ab eſſentia ſyllogiſmi, ac demonſtrationis. Idem colligitur infra in fine tex. 28. vbi hæc habet verba (ex neceſſarijs igitur eſt ſyllogismus demonſtratio. Cuius oppoſitum videtur colligi ex diffinitione ſyllogiſmi ab ipſo data

An concluſio ſit de eſſentia ſyllogiſmi, ac demonſtrationis.

Pars atiua pbat.

Ratio p affirmatiua parte.

Primo Priorum; Vt omnibus difficultas hæc an concluſio ſit de eſſentia ſyllogiſmi dilucida reddatur, In primis opus eſt manifeſtare quod proponitur, nempè quid ſit dicere, Aliquid eſſe de eſſentia alicuius, & quid ſit intelligendũ nomine ſyllogiſmi; Per eſſe de eſſentia, nil aliud eſt intelligendum, q̃ poni in diffinitione alicuius, tamq̃ eius pars; Dico tamq̃ pars, quia aliqua ponũtur in diffinitione alterius tãq̃ addita, vt ſubſtantia ponitur in diffinitione accidẽtis, tãq̃ additum vt docet Ariſt. 7. Met. Pars autẽ quæ ponitur in diffinitione, in duplici ſe habet diſcrimine, cum vna ſtet loco materiæ, alia verò gerat vicem formæ, ideo cũ quæritur, An concluſio ſit de eſſentia ſyllogiſmi nil aliud inquiritur, q̃ ſi concluſio ſit pars ſyllogiſmi; quæ gerat vicem materie, vel ſtet loco formæ; Nomen ſyllogiſmi ſepius à Philoſophis dubbus accipitur modis, vno modo quatenus eſt inſtrumẽtum generans in nobis cognitionẽ cõcluſionis, quomodò acceptus fuit ab Ariſt. ſuprà. tex. 8. dum dixit, demõſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire; pariter & accipitur hic ab Ariſt. cum dicit ſyllogiſmum conſtare ex duabus propoſitionibus, ac tribus terminis; ſimiliter acceptus fuit ab Ariſt. in Primo Priorum cum dixit, vnam & eamdem concluſionem plu-

Quid ſit eſſe de eſſentia alicuius.

Quid nomine ſyllogiſmi ſit intelligendũ ac quęſiti determinatio.

tibus poſſe concludi ſyllogiſmis; Conſimiliter in 2. Priorum accepit ſyllogiſmum, dum dicebat, nos vnico ſyllogiſmo poſſe plures concluſiones concludere; In omnibus iſtis locis accepit ſyllogiſmū pro præmiſsis tātū: Quo modo ſi accipiatur ſyllogiſmus, firmiter eſt aſſerendum, concluſionem nō eſſe de eius eſſentia; cum concluſio non ſit præmiſſarum pars, cum etiā cōcluſio non generet cognitionē, immō eius cognitio generatur ex præmiſsis; Cum pariter concluſio non inferat, ſed inferatur; Cū etiā termini qui ſunt in cōcluſione non ſint de eſſentia terminorū, qui ſūt in præmiſsis, eo quia illimet termini, qui ſunt in cōcluſione, ſunt etiā in præmiſsis, vltrà quòd in ipſis præmiſsis reperiatur medius terminus qui eſt cauſa concluſionis; Alio modo ſumitur ſyllogiſmus, quatenus includit quēdā diſcurſum à præmiſsis ad concluſionē, qui talis ſyllogiſmus conſideratur nō quatenus generat cognitionē, ſed vt ab omni abſtrahit materia; Quo modo viſus eſt Ariſt. accipere ſyllogiſmum Primo Priorum dum ipſum diffiniebat, dicēs ſyllogiſmus eſt oratio in qua quibuſdā poſitis &c., quo acceptus modo ſyllogiſmus, intrepidē eſt affirmādum, cōcluſionem eſſe de eius eſſentia; quod probare erit facile ex Ioan. Grab. ibidem in-

Primo

Primo Priorum dicente, Concluſionem eſſe formam ſyllogiſmi, præmiſſas verò materiam, cum autem forma ſit de eſſentia illius, cuius eſt forma, concluſio igitur erit de eſſentia ſyllogiſmi; immò magis de eius erit eſſentia, q̃ præmiſſæ; Hinc non amplius alicui licebit admirari, cur aliqui ſapientes nomine ſyllogiſmi intelligant concluſionem, cum concluſio ſit forma ſyllogiſmi, & nomine totius ſæpè intelligitur id, quod eſt perfectius in omnibus, & terminus ad quem eſt magis de eſſentia, q̃ terminus à quo, ſed in ſyllogiſmo concluſio eſt forma, eſt terminus ad quẽ deffinit ipſe ſyllogiſmus, qui eſt diſcurſiuus, ergo erit magis de eſſentia ipſius ſyllogiſmi, q̃ præmiſſæ, quæ ſunt terminus à quo; Ex his etiã apparebit illos errare, qui abſolutè affirmant concluſionem eſſe de eſſentia ſyllogiſmi, & pariter illos qui dicunt non eſſe de eſſentia, cum concluſio non ſit de eſſentia ſyllogiſmi, quatenus generat cognitionem concluſionis, & ipſam infert, dicitur tamen de eſſentia eiuſdem accipiendo ſyllogiſmum pro diſcurſu includente præmiſſas, & concluſionem; Sed dicet aliquis cum in Lib. Priorum conſideretur ſyllogiſmus vt abſtrahit ab omni materia, numquam ergo ex dictis ibidem poteſt haberi concluſionem, non eſſe de eſ-

ſentia ipſius;Verum eſt ibi conſiderari ſyllo-giſmum vt abſtrahit ab omni materia; quia non magis vnam q̃ aliam includit, quia non magis neceſſariam,q̃ probabilem,vel ſophiſticam, ſed indefferenter cõſideratur vt omnibus applicari poteſt, cum hoc tamen ſtat conſiderari syllogiſmum quo ad illationem, ideſt prout syllogiſmus ſumitur pro præmiſſis,quæ inferunt concluſionem,

*Controuerſ.3.ſuper eodem contex.26.*

An ide monſtratio circularis erigatur in prima figura;

IN vltima iſtius contextus particula dicit Ariſt. quòd ſi termini erunt conuertibiles,sic omnia quæſita demonſtrabuntur circulo in prima figura;Cui Ariſt.dicto,ratio repugnat non .n. in Celarent,nec in Darii, nec in Ferio poſſumus vti demonſtratione circulari, quia in Celarent minor ꝓpoſitio cũ ſit vniuerſalis affirmatiua non poteſt effici cõcluſio,cum in Celarent concluſio ſemper ſit negatiua;Nec in Darij ac Ferio poteſt erigi demonſtratio circularis,cum maior ꝓpoſitio in vtriſq; ſit vniuerſalis, non poterit effici concluſio, quæ in ambobus eſt particularis; Eſt ſciendum,hic Ariſt. per primam figuram intelligere primũ modum primæ figuræ tãtum,nec hoc debet eſſe alicui mirum quia ſicut dictum eſt in ſolutione difficultatis immediatæ præcedẽtis,ſapientes nomine totius

ſepè

ſepè intelligunt partē perfectiorem, inde eſt quòd Ariſt. noīe ſyllogiſmi ſepè audit ipſā demonſtrationem, quæ inter ſillogiſmorum ſpecies eſt cæteris perfectior, ſic quoq; in præſenti per primā figuram intelligit primū modum qui dicitur Barbara, qui modus eſt cæteris perfectior, cum concludat theorema vniuerſale affirmatiuum, ꝙ alijs tribus ſubſequentibus eſt perfectius, vt de ſe eſt ſatis notum.

*Controuer. 1. ſuper contex. 28.*

Dicit Ariſt. (Quoniam impoſsibile eſt aliter ſe habere id cuius eſt ſciētia ſimpliciter, neceſſarium vtiq; erit ſcibile, quòd eſt ſecundùm demonſtratiuam ſcientiam.) In quibus verbis videtur inferre ex propoſitione de modo impoſsibili propoſitionē de modo neceſſario; In quarta autem ſectione Lib. Perhier. in quā agit de enunciationibus modalibus, ex propoſitione de modo neceſſario infert eam, quæ eſt de modo impoſsibili quocircà ſibi contrarius videtur Ariſt. hic & ibi; Vt tollatur hæc cōtrarietas in Ariſtot. eſt notandum, quòd Ariſt. per illa verba, (quòd impoſsibile eſt aliter ſe habere) intelligit id quod eſt neceſſarium, quòd volens ipſe ſignificare in verbis ſubſequentibus, loco illorum verborum dixit, (Neceſſariū erit

An ex antecedēti de modo impoſſibili inferri poſſit conſequens de modo neceſſario.

vtiq; ſcibile)magis autem vſus eſt in primis verbis,ſeu in antecedenti illa particula(quod impoſsibile eſt aliter ſe habere) quia eſt notior,ac clarior, qa per illa verba diſcribitur id quod eſt neceſſariũ; dicimus enim quòd neceſſarium eſt illud,quod impoſsibile eſt aliter ſe habere; Quare faciendo ſatis argumēto adducto, dico quòd ex illo antecedenti de modo impoſsibili,infert illud cōſequēs de modo neceſſario,tam q̃ ex notiori, ac nobis euidentiori,cum impoſsibile aliter ſe habere ſit deſcriptio ipſius neceſſarij; ibi verò ex propoſitione de modo neceſſario inferebat illam de modo impoſsibili, tamq̃ ex perfectiori, propoſitio.n. de modo neceſſario cæteris eſt perfectior, & ab illa omnes aliæ proficiſcuntur vt ibidem Ariſt. docet.

*Controuerſ.2.ſuper eodem contex.28.*

An neceſſariũ inferrat ex neceſſarijs tãtum.

INfert Ariſt.demonſtrationem conſtare ex neceſſarijs,eo quia id quod ſcitur per demonſtrationem eſt neceſſarium; Quæ eius ſequella nullius videtur eſſe roboris, quia nihil repugnat inferri neceſſarium ex nō neceſſarijs,ſicut etiã nihil repugnat verum cōcludi ex non veris,ſicut docet ipſe Ariſt. in 2.Lib.Priorum,cum igitur verum ex nō veris poſsit concludi,pariter & neceſſarium ex non neceſſarijs, quare contrarius ſibi videtur

tur Ariſt; Concludi certè poteſt neceſſarium ex non neceſſarijs, ſicut et verum ex non veris, ſciri autem neceſſarium ex non neceſſarijs eſt impoſsibile, quia si sic, ex poſterioribus ſciretur, quemadmodũ & verum ex non veris nullo modo poteſt ſciri; Idcircò Ariſt. in textu ex iſto antecedenti, quòd neceſſariũ non poteſt ſciri nisi ex neceſſarijs, infert & rectè demonſtrationem ex neceſſarijs conſtare; quare contradictio nulla eſt, si attendatur aliud eſſe dicere, neceſſariũ ſequi ex neceſſarijs, primũ eſt verum, ſecundum dictum nullo modo eſt concedendũ, cũ ita sit, quòd neceſſarium poteſt ſequi, & concludi ex cõtingentibus, at ſciri nequaquàm, cum ſcire sit per cauſam, contingens autem ipsius neceſſarij nullo modo poteſt eſſe cauſa.

*Controuerſ. 1. ſuper contex. 29.*

Contrarius sibi videbitur Ariſt. in præſenti parte, cum alio modo explicat dici de omni, q̃ ab ipſo fuerit explicatum in principio Primi Priorum; Nisi eſſet quòd ſub alia, & alia ratione hìc, & ibi fuit ab ipſo explicatum; In Primo Priorum ipſũ de omni fuit ab ipſo declaratum ſub ratione qua erat regula, per quã syllogiſmi affirmatiuè concludentes regulabãtur; In præſenti verò illud etiã explicat, nõ tamẽ ſub illa ra- *Quomodo dici de omni ĩ j. priorum diffinitũ differat à dicij de omni poſt,*

tione, ſed quatenus eſt eſſentialis conditio propoſitionis neceſſariæ: Ex quibus eſt inferrendum dici de omni prioriſticum, & dici de omni poſterioriſticum quàm maximè differre, & differentia eſt duplex, prima eſt quòd dici de omni explicatum Primo Priorū quatenus eſt regula ſyllogiſtica duas dicit propoſitiones in actu, ex quibus fit ſyllogiſmus inferens concluſionem, & ſenſus illius diffinitionis ſeu deſcriptionis erit iſte; Dici de omni eſt, cum nhil eſt ſumere ſubiecti, de quo prædicatū non prædicetur; ideſt dici de omni eſt regula quæ duas in actu ꝓpoſitiones affirmatiuas ſupponit, in quibus nihil eſt ſumere ſubiecti maioris propoſitionis, de quo non prædicetur prædicatū; at ſi ſumatur dictum de omni non vt regula ſyllogiſmi eſt, ſed ut eſt cōditio requiſita eſſentialiter propoſitioni neceſſariæ, ex qua eſt conſtituenda demonſtratio, nequaquàm duas propoſitiones actu dicit; Sed vnam tantum; Secūdo differunt ex perte inhærentiæ, cum in dicto de omni prioriſtico ſufficiat prædicatum, tunc temporis ineſſe ſubiecto vel ſecūdū operationem vel, ſm̄ rei veritatem, vel ſm̄ apparentiam, cuius cauſa eſt, quia ſyllogiſmus de quo ibi agit, abſtrahit à qualibet materia tam neceſſaria quàm probabili, ꝗ ſophiſtica; at in

dicto

dicto de oĩ hic explicato p̄dicatũ debet ineſſe ſubiecto ſecundũ rei veritatem propter materiam neceſſariam, circà quam demonſtratio verſatur,& neceſſarium illud dicitur eſſe, ꝙ impoſsibile eſt aliter ſe habere,quocircà prædicatum ſemper debet ineſſe ipſi ſubiecto;Et ex his colligatur etiam differentia inter dici de omni,& propoſitionem vniuerſalem, quæ eſt hæc,quòd dici de omni poſterioriſticum, & propoſitio vniuerſalis ſunt vnum,& idem in re,ſolum ratione differunt, cum enim dici de omni hic explicatum,ſit eſſentialis conditio propoſitionis neceſſariæ,vnamq; propoſitionem tantum dicat,cuius prædicatum ſecundum rei veritatem ſemper ineſt ſubiecto; pariter hæc omnia ꝓpoſitioni vniuerſali cõueniunt, propoſitio enim vniuerſalis & hic ab Ariſt. declaratur,quatenus eſt cõditio,qua propoſitiones neceſſariæ gaudent; prædicatum quoq; in propoſitione vniuerſali ſecũdũ rei veritatẽ ſemper ineſt ſubiecto; quare hæc erunt eadem ſecundum rem, ratione ſolũ differunt,cùm vniuerſali propoſitioni vniuerſaliter dictæ ſignũ vniuerſale apponatur,quòd ſignum vniuerſale dici de omni poſterioriſticum in ſua natura non poſtulat, & quòd hoc ſit verum habetur ab Ariſt. infrà tex.62. vbi docet demonſtrationem non eſſe corru-

Differentia inter dici de omni & propoſitionẽ uniuerſalẽ.

ptibilium, & in tex. 63. in quo docet propoſitionem non eſſe vniuerſalem cũ hoc .s. prædicatum inſit aliquibus; quam eamdem ſententiam habet etiam Ariſt. in 2. huius com. 32. ſecundum Ioan: Gram: nam ibi dixit idẽ eſſe prædicari de omni, & prædicari vniuerſaliter; At ſi ſermo ſit de dici de omni prioriſtico, eſt aſſerendum illud re, & ratione differre à propoſitione vniuerſali, nam dictum iam eſt, dici de omni ibi explicari, vt eſt regula ſyllogiſtica, duaſq; propoſitiones dicere, at propoſitio vniuerſalis tantum vnam dicit, hinc eſt Ariſt. diſtinxiſſe ibi in Primo Priorũ dici de omni à propoſitione vniuerſali affirmatiua; quòd etiam ratione conuincitur, ſi enim propoſitio vniuerſalis, & dici de omni prioriſticum re non diſtinguerentur, ſed eſſet idem re, ſequeretur ſyllogiſmos ſecundæ, & tertiæ figuræ regulari per dictum de omni, & eſſe perfectos, cuius oppoſitũ docuit Ariſtot. ibidem dicens, ſyllogiſmos primæ figuræ tantum eſſe perfectos, quia affirmatiui regulantur per dici de omni, negatiui verò per dici de nullo, conſequentia deducitur, quia propoſitio vniuerſalis affirmatiua (cũ per aduerſarium ſit eadem cum dici de omni ibi declaratum) ingreditur in aliquibus ſyllogiſmis ſecundæ, & tertiæ figuræ, ergò ſyllogiſmi

logiſmi illi erũt regulati per dici de omni, q̃ eſſe falſum eſt oſtenſum. Nec erit quod quis redarguat Ariſt. de diminutione, cum hic nõ explicet quid ſit dici de nullo, cum etiã dẽtur propoſitiones negatiuæ, ex quibus fit demonſtratio, quia conſultò illud omittit, cum ſibi animo tantum ſit explicare conditiones requiſitas propoſitionibus vniuerſalibus affirmatiuis, quæ ſunt neceſſariæ; Vel erit dicendum illud omiſiſſe ſtudens bræuitati, cũ ex diffinitione, ſeu deſcriptione dici de omni, quid ſit dici de nullo de facili colligatur; ob quam etiam cauſam erit dicendum nõ explicaſſe quid ſit eſſe in toto, q̃a dici de omni, & eſſe in toto ſunt idem re, ſolum ratione ſũt diſtincta vt dixit Ariſt. Primo Prior. cap. j.

Cur Ariſt. dimittat dici de nullo, & eſſe in toto.

*Controuer. 2. ſup. eod. contex. 29.*

DOcet Ariſt. 6. Top. Cap. 3. ſolam priuationem per negationem diffiniri, Quo dicto ſtãte, ſibi contrarius videbitur Ariſt. hic, cum dici de omni per negationẽ diffiniat. Propter hoc quidam dixere hanc non eſſe diffinitionem, ſed deſcriptionẽ, nihilq́; prohibere deſcriptionem per negationem tradi, ſicuti etiã fecit Ariſt. in prædicamento ſubſtantiæ, qui primam ſubſtantiam per negationẽ deſcripſit, dicens eſſe illã, quæ non eſt in ſubiecto, nec prædicatur de ſubiecto;

Examinat deſcriptio dici de omni.

cto; Nollo nunc eſſe ſolicitum an hæc ſit diffinitio eſſentialis an deſcriptio; cum hæc ſolutio è medio non tollat omnem dubitationem, quod declaro, ſi enim deſcriptio negatiuè traddi poteſt, nequaq̃ ipſa diffinitio, & in 6. Top. loqtur de diffinitione, nõ erat opus Ariſtoteli accipere priuationẽ, cum priuationis non ſit diffinitio, ſed deſcriptio, cũ igitur ſola priuatio negatiuè deſcribatur, nõ debebat Ariſt. dicere, omnẽ diffinitionẽ tradi per affirmationẽ, excepta priuatione; Inſuper, cum dici de omni poſsit per affirmationem deſcribi, & affirmatio ſit præſtantior negatione, cur igitur ipſũ de omni potius negatiuè deſcripſit, & non affirmatiuè; Aliquis inſequutus doctrinam Hammonij in Prædicamentis Cap. de ſubſtantia, reſpondebit huic ſecundæ dubitationi, & dicet Ariſtotelẽ negatiuè ipſum de omni deſcripſiſse, vt magis denotetur eius perfectio, cum deſcriptio per negationem data maiorem rebus perfectionẽ ſemper tribuat, & ideo primam ſubſtantiam, quam maximè ſubſtantiam ibidem vocauit, per negationem deſcripſit, dixit Hãmonius propter rationem dictam, vt inquàm eius denotaret perfectionẽ, & dedit hoc exemplũ, nos Deum ſignificantes, nihil de ipſo affirmamus, indè eſt quòd Socrate Thimeũ interrogante

rogante quid eſſet Deus, ille reſpondebat, quid non ſit noui quid verò ſit non noui, nā ſcio eum nec corpus, nec colorem, nec angelū eſſe, nec quid aliud horum, ſed his præſtatiorem, quid verò ſit ignoro; Quæ Hammonij reſponſio aliqua falſa in ſe continet; Primò falſum eſt illud eius dictum quòd ſolæ res perfectæ per negationem melius deſcribantur, cū etiā res imperfectæ per negationē ſint deſcriptæ, ſicuti materia prima, quam negatiuè deſcribit Ariſt; Nec aliud eius dictum eſt verum, in quo dicit deſcriptiones per negationem traditas maiorem rebus afferè dignitatem, & ideo illas nos per negationē deſcribere, hoc eſt falſum, immò illas negatiuè explicamus, quia eorum prædicata quidditatiua ignoramus, quod tamen non contingit in dici de omni cū affirmatiue poſsit deſcribi cū etiā ipſius prædicata ſint nota, poſſumuſq; dicere & rectè; Dici de omni eſt cū prædicatum ineſt omni contento ſub ſubiecto, & ſemper; Nec eſt adhærendū etiā ſolutioni, quam dat Albertus Alem. qui dicit Ariſt. dici de omni per negationem declaraſſe, vt compræhenderet nō nullas propoſitiones, quarum ſubiectum non habet ſub ſe niſi vnum indiuiduum, vnde ſi affirmatiuè ipſū explicaſſet, tunc videretur ſupponi in di-

ℓto de omni ſemper opus eſſe ſubiectũ habere ſub ſe plura indiuidua, quod eſt falſum, quam ſolutionem inſequitur. Sueſſanus hic Hæc ſolutio non tollit dubitationem, cũ Ariſt. dicat, de omni dico, non quod alicui inſit, alicui non; Sic loquendo videtur ſimiliter innuere opus eſſe quòd ſubiectum habeat ſubſe plura indiuidua; Et ſi quis dixerit Ariſt. ſignificare ſubiectum eſſe aptum natum habere ſubſe plura indiuidua; Eadem ſolutione & ego reſponderem, ſi affirmatiuè dici de omni explicaſſet, quòd ſat eſſet, ſubiectũ eſſe aptum natum habere ſubſe plura indiuidua; ſicq; ſolutiò Alberti nulla eſſet. Crediderim igitur eſſe dicendum hanc eſſe deſcriptionem, fuiſſeq; per negationem aſsignatam ad hoc vt deſcriptio redderetur ſimilis probationi; Cũ autem ratio qua probat talẽ deſcriptionem eſſe rectã, & qua omnes vtebantur ſit per modum negationis, idcircò & eius deſcriptionẽ per modũ negationis tradidit inſequendo aliorum vſũ; Ratio autem adducta non obſtat, in qua dicebatur nõ ſolum diffinitionem, ſed & deſcriptionem eſſe dandam per affirmationem excepta priuatione, cuius non eſt diffinitio; dicam talem propoſitionem eſſe veram, niſi quid obſtet, hic obſtat probatio ex communi conſenſu,

quæ per negationem eſt data.

*Controuerſ. 3. ſuper eod. contex. 29.*

IN vltima iſtius contextus particula probat ex communi omnium cõſenſu deſcriptionem dicti de omni eſſe rectè aſsignatam, afferendo inſtãtias particulares, nam dicit, ſi prædicatum alicui ſubiecto non inſit, non erit propoſitio de omni, ſimiliter nec ſi inſit aliquando; Ex quibus colligitur inſtãtiam poſſe eſſe propoſitionem particularem; Cuius oppoſitum docet Ariſt. infrà contex. 91. vbi docet inſtantiam non poſſe eſſe propoſitionem particularem; Quod etiam ratione confirmatur, inſtantia eſt propoſitio propoſitioni contraria, et propoſitiones contrariæ ſunt vniuerſales, ergo inſtantia erit propoſitio vniuerſalis; Sueſſanus reſpondet, quod in his quæ ſunt per ſe, vniuerſale, & particulare eſſe idem ſecundum rem, ſic q; eſſe in propoſito; Quæ ſolutio Ariſt. repugnat, nam ſuprà contex. 12. poſtq̃ adduxit ſignificata prioris. & notioris, dixitq; priora, & notiora natura eſſe vniuerſalia, priora verò, & notiora nobis eſſe ſingularia, addidit vniuerſalia, & ſingularia eſſe oppoſita, quomodo igitur sũt idẽ ſecundũ rem? Confirmatur ratione, vniuerſalia ſunt æterna, particularia nõ; Vniuerſalia de pluribus prædicantur, particularia

An inſtã tia poſsit eſſe ꝓpoſitio particularis.

ria minimè; igitur non erunt idem ſecundum rem; Quare melius eſt dicere, inſtantiam demonſtratiuam, ſeù ex qua fit demõſtratio eſſe vniuerſalem, & de hac infrà loco allegato eſt loquutus; Inſtantia verò in communi, ſeu abſolutè aſſumpta poteſt eſſe propoſitio particularis.

*Controuerſ. 1. ſuper tex. 30.*

Declarantur exempla ꝓpoſitionum primi modi ꝑ ſe data ab Ariſt.

Declarans primum dicendi modum per ſe, dat duo exempla; Primum vt triãgulo ineſt linea, ſeù triangulus eſt ex lineis; Secundum, & lineæ pũctum, ſeũ linea conſtat ex punctis, quas propoſitiones vocat per ſe, quia prædicatum illarum ponitur in diffinitione ſubiecti; In quibus dictis ſibi videtur aduerſari hic, & Primo Perhyer. Cap. de Nomine, vbi docet, ex caſibus obliquis non conſtitui propoſitiones dicẽtes verũ, vel falſum, & ideò caſus nominum ibidem dixit non eſſe nomina; ſi ſic, quomodo igitur prædictæ propoſitiones, cum conſtent ex caſibus obliquis erũt per ſe in primo modo? ſicut hic aicit; Inſuper, videtur adhuc ſibi repugnare hic, & infrà tex. 105. vbi docet, quando vnum prædicamentum diuerſum enuntiatur de alio prædicamẽto diuerſo, cõſtitui propoſitionem per accidens, vt exempli gratia, ſi dicam, homò eſt albus; Sic ſe ha-

bet im propoſito in exemplis datis ab Ariſt. cùm triagulus ſit ſub prædicamento qualitatis, cum ſit figura, linea verò ſub prædicamento quātitatis, igitur talis propoſitio erit per accidens, & non per ſe: Aduerſari etiam ſibi videtur in ſecundo exemplo hic, & Sexto Lib. Phy; Vbi docet nullum diuiſibile conponi ex indiuiſibilibus, quo igitur modo lineam conſtare ex punctis erit verũ? ſicut hic dicit; Non eſt confugiendum ad ſolutionem conmuniter datam, q Ariſt. loquatur exemplariter, & exemplorum non requiritur verificatio, ſed manifeſtatio, quia hæc eſt miſerorum fuga; qui cũ aliter ſaluare Ariſtot. nequeāt, cōfugiunt ad prædictam ſolutionem; Saluando igitur prædictorũ exemplorum veritatem, Quo ad primũ eſt dicendum, ex caſibus obliquis qui ſe tenent ex parte ſubiecti tantum, vel ex parte ſubiecti, & prædicati in ſimul non erigi propoſitiones dicentes verum, vel falſum, quod non eſt in propoſito, cum illarum propoſitionum caſus obliqui ſe teneant à parte prædicati tantum; Quo ad ſecundum, eſt ſciendum triangulum dupliciter conſiderari, vno modo intrinſecè, alio modo extrinſecè, conſiderare triangulum intrinſecè, nil eſt aliud quàm cōſiderare ipſum ratione ſuperficiei intrà illas li-

neas contentæ, qua ratione reponitur ſub prædicamento quantitatis, cum nil aliud ſit triangulus, quàm ſuperficies tribus cōtenta lineis, & omnis ſuperficies eſt quantitas, quo quidem modo Ariſt. in exemplo dicto accipit triangulum; Triangulus extrinſecè cōſideratus, nil eſt aliud, quàm illa figura ab illis tribus lineis deſcripta, quo modo eſt qualitas cum omnis figura ſit qualitas; Cum verò dicit, lineam conſtare ex punctis, Ariſt. loquitur mathematicè, qui mathematici mente concipiunt punctum in aliquo plano moueri motu recto, motum q; illum lineam efficere dicunt, cum verò punctus ſit indiuiſibilis, ex illius motu non poteſt cauſari niſi quid indiuiſibile ſecundum latitudinem, at diuiſibile penes longitudinem, quo modo eſt linea; Sed prò maiori illorum exemplorum dilucidatione, verba Ariſt. ſubſequentia ſunt adnotanda, inquibus dicit, (Subſtantia namq; ipſorum ex his eſt.) Inquibus verbis ſibi videtur implicare, cum dicat ſubſtantiam trianguli eſſe ex lineis, ſubſtantiam lineæ ex punctis, cum triangulus, & linea ſint quantitates, & per conſeqnens ſint accidentia; Eſt notandum Ariſt. per ſubſtantiam non intelligere veram ſubſtantiam quæ accidenti eſt contrà diſtincta, de qua egit in Prædicā. ſub-

ſtantiæ,

ſtantiæ, ſed per ſubſtantiam intelligit eſſentiam, ſeu naturam rei, quo etiá modo accepit ſubſtantiam in diffinitione Æquiuocorum, & Vniuocorum, deſcribēdo enim æquiuoca, dicebat, (Et ratio ſubſtantiæ eſt diuerſa,) vbi per ſubſtantiam intelligebat eſſentiam, ſiuè rei naturam; Et prō intellectu huius ſolutionis, eſt attendendum, ſubſtantiam, & eſſentiā inter ſe non differe niſi ſecundum magis, & minus, quādoquidem omnis ſubſtantia eſt eſſentia, ſed non è contrà, eſſentiam enim habēt accidentia, quam nomine ſubſtantiæ aliquando nominamus, nam dicimus ſubſtantiā albedinis eſſe diſgregare viſum, ideſt, hanc eſſe eius eſſentiam, ſiuè naturam.

*Controuerſ. 2. ſuper eodem contex. 30.*

Primum modum dicendi per ſe declarās Ariſt. dicit, (Quæcūquæ ſunt in eo quōd quid eſt ſubiecti;) Sēſus quorū verborū clarus eſt, vult. n. Ariſt. primum modum dicendi per ſe conſtare ex prædicatis, quæ ſunt de eſſentiā ſubiecti, ſeū quæ ponūtur in diffinitione ſubiecti: Quod dictum ſi eſt verum, ſequetur φ cū tota diffinitio prædicatur de diffinito non ſit propoſitio perſe in primo modo, vt exempli gratia ſi dicam (Homo eſt animal rationale,) conſequentia ſatis videtur nota) ſi enim primus dicendi modus perſe

An tota diffinitio prædicetur de diffinito pſe in primo modo dicēdi pſe.

conſtituitur ex illis prædicatis, quæ ponuntur in diffinitione ſubiecti, tunc ſic arguo, quæ ponuntur in diffinitione non ſunt tota diffinitio igitur cum totã diffinitio prædicatur de diffinito, non erit propoſitio perſe in primo modo; Quod etiam ratione poteſt cõfirmari, quæ talis eſt, idẽ de ſeipſo nõ poteſt prædicari, ſed diffinitio, & diffinitum ſunt idem, ergo diffinitio de diffinito non prædicabitur, & tanto minus perſe; Cuius totum oppoſitum colligitur ab Ariſt. infrà tex. 64. vbi ſcriptum reliquit, diffinitionem aut eſſe demonſtrationis principium, aut eiuſdẽ concluſionẽ, aut eſſe totã demõſtrationem poſitione differentem, at diffinitio cum ſit principium demonſtrationis prædicatur de diffinito, & fit propoſitio perſe, non in ſecundo modo, nec in alio, ergo in primo, ergo diffinitio prædicabitur de diffinito in primo modo perſe, & hanc ſententiam omnes ferè ſentiunt expoſitores; Prò dilucidatione iſtius difficultatis, opus eſt diſſoluere aliam, nempè Quot ſint ſpecies huius primi prædicati perſe; In iſta difficultate reperio quinq; dicendi modos, quorum primus eſt Scotiſtarum, qui conſtituunt (vt eſt videre à Zimara in Theoremate. 34. ( quatuor ſpecies iſtius primi prædicati perſe; In prima ſpecie reponunt

Quot ſint ſpecies primi prædicati perſe.

Opinio Scotiſtarum.

nunt prædicata in quid, vt ſunt omnia genera, tàm, pꝛxima, quàm remota reſpectu ſpecierum, ſicq. in hac ſpecie includunt ipſum ens, cum ſit vniuerſaliſsimum, & de omnibus efferatur rebus; In ſecunda, conſtituunt differentiam, ſeù prædicatum in quale quidditatiuè; In tertia collocant totam diffinitionem, vt animal rationale de homine; In quarta ponunt idem de ſe ipſo, etenim propoſitio idética apud Scotiſtas eſt per ſe in primo modo; Et quia non eſt difficultas niſi de prima & vltima ſpecie, de prima cum in ea reponant Ens, id circò probant Ens prædicari perſe de ſub ſe contentis; Et primò ſic, Ens eſt vniuocum, ergo eſt prædicatum perſe, cum omnia vniuoca ſint de eſſentia, poni q; debeant vel formaliter, vel implicitè in diffinitione ſubiectorum; Secundò, Ens eſt intrinſecum, & attingit quācumq; rei particulam, igitur eſt prædicatum in primo modo perſe, ſequela probatur, nam prædicata in primo modo per ſe, ſunt ea, quæ ponuntur in diffinitione ſubiectorum, antecedens patet, eo enim ipſo quo res diſcedit à nihilo, in qua vis entitatis ſit particula, eſt ens; Tertio, prædicata in primo modo perſe ſunt illa ſine quibus nō poteſt intelligi qdditas ſubiecti; at ſine ente implicat intelligere q̄cumq; ſubiectum, igitur

Rationes quibus pꝛobatur ens prædicari per ſe de ſub ſe cōtentis.

ens eſt in primo modo; Quod confirmant, dicentes Ens prædicari vniuocè de Deo, & creaturis, vel ſaltem aliqua eius ratio formalis eſt cõmunis creaturis, & Deo in primo modo perſe; Quòd idem reſpectu ſui ipſius ſit prædicatum in primo modo perſe, probant, Primo authoritate Ariſt. in vltima Sect. Lib. Perhyer. vbi ait, Bonum eſt bonum perſe, per accidens verò eſt non malum, enuntiat igitur idem de ſe ipſo, non tamen in ſecundo modo, nec in tertio, nec in quarto modo perſe, ergo in primo; Inſuper, illud eſt prædicatum perſe in primo modo, quod eſt intrinſecum, ſed quid eſt magis intrinſecũ quàm res eidẽ rei? Quæ Scotiſtarum opinio neq; vera, neq; peripathetica eſt; Quod oſtendo; Et primò, probo ens nõ prædicari perſe de ſub ſe contentis, Nam Ariſt. 5. Top. Cap. 2; Et Sexto eiuſdẽ Cap. 3; Ac. 2. Poſt. tractãs de diffinitione, ait ens non poni in diffinitione alicuius rei, & illa ſunt prædicata perſe in primo modo quæ ponuntur in oratione dicente quid eſt, dixit Ariſt. in præſenti textu, ergo ens non prædicabitur perſe in primo modo; Inſuper, Ens ſiuè dicat entitatem, ſiuè exiſtentiam, ſecundum neutram partem poteſt eſſe prædicatum perſe in primo modo, non ſecundum exiſtẽtiam, quia exiſtentia eſt à rè extrinſeca, & eſt

Rationes quibus ꝓbaẽ idẽ de ſe ipſo ꝑ ſe prædicari.

Confutatur opin. Scotiſtarum.

Rõnes quibus ꝓbaẽ ens nõ prædicari ꝑ ſe de ſub ſe contẽtis.

actus ſecundus eſſentiæ,ergo perfecta eſſentia intelligi poſſet ſine exiſtentia; Nec ſecũdum entitatem, cum hæc entitas ſit analoga, & analogum non poſsit ſumi in diffinitione quidditatiua; Et ſi dixerint Scotiſtæ, ꝙ ens licet ſit analogum,poni tamen in diffinitione ſubiecti ſecundum partem principalem eius, quæ pars principalis exempli gratia, eſt( Subſtantia;) Tũc ſic arguam, ſi ens ponitur ſecundum hanc partẽ,tunc eſt ſubſtantia, & non ens,ergo ens in ſua latitudine non eſt aptum prædicatum in primo modo perſe; Si autem negent,Ens eſſe analogum,admittatur ipſis vniuocatio, ſi igitur ens eſt vniuocum, ob hoc non poteſt eſſe prædicatum intrinſecũſicut eſt genus,ratio eſt,quia quãdo petitur hoc prædicatum perſe, ſimul petitur de ſubiecto quid ſit ens, ergo petitur ens, ſicq; eſt nugatio; deduco magis hanc conſequentiam; Sit aliquis qui exempli gratia petat de homine, an ſit ens, dico ꝙ in hac petitione includit nugationẽ,& ratio eſt,quando enim petit,an homo ſit ens,iam habet præcognitã hominis entitatem,entitas autem præcognita includit ens,ergo petit ens;Tertio,ſi ens eſſet predicatum perſe in primo modo, aſſumeretur igitur in demonſtratione potiſsima, vel in alia, at in nulla aſſumi poteſt abſq; nugatione,

autem prædicatio eiuſdem de ſe ipſo ſit præter naturam, ſuprà in ſolut. cõtrouer. 2. ſuper tex. 3. fuit declaratum; Amplius, ſi prædicatio eiuſdem de ſe ipſo eſſet per ſe, aſſumeretur igitur in aliqua demonſtratione, ſed in quacũq; aſſumatur, fit petitio principij, quæ deſtruit naturam demõſtrationis, & ſyllogiſmi, nõ ergo erit per ſe, Minor propoſitio probatur, nam conſtituatur propoſitio idẽtica in qua vis præmiſſa, cum omnis demonſtratio, & ſyllogiſmus conſtet ex tribus terminis, in illo ſyllogiſmo, & in illa demonſtratione erunt duo termini ter ſumpti; Tertio, Ariſtot. dixit, prædicata primi modi eſſe illa, quæ aſſumuntur in oratione dicente quid eſt, at idẽ numq̃ ponitur in diffinitione ſui ipſius, ergo non prædicabitur per ſe in primo modo, minor propoſitio eſt clara, ſi enim idem aſſumeretur in diffinitione ſui ipſius, cum diffinitio detur per priora, & notiora per Ariſt. 6. Top. tunc idem eſſet prius, & notius ſe ipſo eadem ratione, quod eſt abſurdum; Vltimò propoſitio idẽtica, in qua idem de ſe ipſo prædicatur, habet prædicatum quod nõ eſt intrinſecum ſubiecto, ergo tale prædicatum nõ erit per ſe in primo modo, ſequella tenet ſecundũ Scotiſtas, ipſi enim arguunt ex eo quod aliqd eſt intrinſecum, ad concludendum illud eſſe per

ſe per ſe in primo modo, antecedens patet, ad hoc enim quòd aliquid ſit alteri intrinſecum debet aliqua ratione ab illo diſtingui, at idem à ſe ipſo nullo modo diſtinguitur, non ergo eſt intrinſecum; Dicent fortaſſè, idem à ſeipſo diſtingui vt ſubiectũ, & vt prædicatũ, At iſta diſtinctio eſt extrinſeca, & non eſt ad propoſitum, cum idem non inſit ſibi ipſi, nec ſit ſui ipſius prædicatum, immò potius è cõtrà, quia ſi idẽ eſt ſui ipſius prædicatum, ſibi ipſi eſt idem, non autem intrinſecum; Quare erit concludendum iſta duo prædicata Scotiſtarum nullo modo eſſe perſe in primo modo, quare opinio illorum erit falſa; Quod magis manifeſtatur ſoluendo eorum rationes; Prima aſſumit antecedens falſum; Secundæ, & tertiæ ſatis fit, notando ꝙ aliud eſt eſſe intrinſecũ, & aliud eſt eſſe qdditatiuũ, quare licet admittamus ens eſſe intrinſecum, non eſt tamen quidditatiuum; Differentia autem quæ eſt inter intrinſecum, & quidditatiuum eſt hæc, ꝙ omne quidditatiuum eſt intrinſecum, at non econtrà, id quod eſt intrinſecum non eſt quidditatiuum, quare latius patet intrinſecum, quàm quidditatiuum, ſubſtantia enim eſt de ratione intrinſeca accidentis, non tamen de eius quidditate, ſic quoq; ens eſt intrinſecũ ipſi ſubiecto, nequaquàm de eius

Soluũtur rõnes Scotiſtarum: quibus ꝓbatur ens per ſe prędicari.

Diſcrimẽ inter eſſe intrinſecum, & eſſe quidditatiuum.

quidditate, quia quidditatis eſſet quidditas, eſſet q; proceſſus in infinitũ, cum igitur hæc duo ſint diuerſa interſe, ens erit intrinſecum, non tamen quidditatiuum, quod requiritur primo dicendi modo perſe, Soluuntur etiam de facili alia argumenta, quibus probant idẽ de ſe ipſo perſe prædicari; Primò ad authoritatem Ariſt. dicimus eo in loco ſumere perſe, vt idẽ eſt ꝙ ex ſe, ſeũ ſecũdũ ſe, ideo bonũ ſecundum ſe eſt bonum, non autem eſt perſe bonum, loquendo de perſeitate de qua nunc loquimur, Secundæ rationi reſpondetur idẽ non eſſe ſibi ipſi intrinſecum, ſed benè eſt idem, quare talis ratio eſt nulla; Fuit ſecundus dicendi modus Ioannis Gram. qui voluit primum modũ dicendi perſe eſſe conſtitutũ ab illis tantum prædicatis, quæ cum ponuntur in diffinitione, prædicantur dè diffinito, prò vt habetur in textu, huiusmodi autem prædicata ſunt illa quæ aſſumuntur à genere proximo, & ab vltima differentia quæ prædicantur de diffinito, adeò ꝙ ſecundum ipſum Ioannem Gra. diffinitio nequaꝗ prædicatur de diffinito, quia idem dè ſe ipſo non prædicatur, ideò talis prædicatio non erit perſe; Quæ ſententia Ioannis placet, præter eius vltimum dictum, in quo negat diffinitionem prædicari de diffinito Et hoc fuit argumen

Solutio rónum ꝓbant. ſi idem de ſe ipſo ꝓdicari ꝑ ſe.

Secunda opin. Io: Gram.

Confutatio.

guinen

gumentum principale propoſitum in principio iſtius difficultatis; Ideò contrà eum argumentor,& primò ex verbis Ariſt. infrà tex. 64. dicentis, Diffinitionem aūt eſſe principiū domonſtrationis, aut eius concluſionem, aut totam demonſtrationem poſitione differentem, at diffinitio cum eſt principium, ſicut ſuprà in principio fuit dictum, prædicatur de diffinito, & fit ꝓpoſitio perſe, non tamen in ſecūdo modo, nec in alijs, igitur in primo, igitur diffinitio de diffinito perſe in primo modo prædicabitur; Amplius, Ariſt. in fine Primæ Sectionis Lib. Perhyer. dicebat, diffinitionem non eſſe enuntiationem, niſi ei addatur verbum, quod ſi addatur, tunc patet ꝙ diffinitio ſit prædicatum, ergo perſe in primo modo de diffinito prædicabitur; Confirmo hoc idem ex ipſo Euclide, qui in primo ſuo Theoremate, dum probat lineas trianguli conſtituti ſuper datā lineam eſſe æquales, accipit diffinitionem circuli prædicari de ipſo circulo, ergo diffinitio perſe prædicabitur de diffinito; Ideo fuit tertius dicendi modus Pauli Ven. qui diſtinguit prædicata primi modi in prædicata propria, et in prædicata reductiua, & in propris ponit ea, quæ verè ponēda ſunt, hoc eſt genus proximum, et vltimam differentiam, ipſāq; diffinitionē;

Tertia opinio Pauli Vene.

In re-

In reductiuis cõſtituit quatuor gradus, quorum primus eſt, cum diffinitum de diffinitione prædicatur, vt ſi dicas, animal rationale eſt homo, & hanc prædicationem vocat reductiuam, quia ſi conuertatur conuerſione ſimplici eſt in primo modo; In ſecundo ponit prædicata inferiora reſpectu ſuperiorum, vt animal eſt homo, homo eſt Socrates, quæ prædicationes ſimiliter ſunt reductiuæ, quia per conuerſionem ſimplicem reducuntur ad primum modum; In tertio collocat prædicata quæ ſunt diſperata, vt ſi dicamus album non eſt nigrum, homo non eſt homo, homo eſt equus, quæ propoſitiones reducuntur ad primum modũ per ſe, ſi illa prædicata reducantur ad ſua ſuperiora, exempli gratia, ſi reducas equum ad animal, fit prædicatio per ſe in primo modo, & eſt, ac ſi dicas, homo eſt animal; In quarto reponit ea prædicata, in quibus idem de ſe ipſo effertur, vt homo eſt homo, ſi enim prædicatum reſoluas in ſuperius, fiet in primo modo, ſic quoquè ſi ſubiectum reſoluas in inferius, fit prædicatio per ſe in primo modo. Quæ opinio maximè puerilis eſt, primo enim inuoluit prædicata in naturalia, quæ ſunt inepta ad demonſtrationem, & ſcientiam; Inſuper omnia prædicata impoſſibilia erunt per ſe in primo modo, reducendo

Confutatio.

ea ad poſsibilia; Quapropter alius dicendi modus ſe offer, qui eſt quartus in ordine, qui eſt ipſius Cardinalis Caetani, qui in hoc primo modo per ſe tres ponit prædicationes, prima, & propria, & quæ per ſe eſt in hoc modo, eſt quando diffinitio prædicatur de diffinito, diffinitio nempè tradita ſecundum rei exigentiam; In ſecunda ponit illas prædicationes, quæ habẽt partes huius diffinitionis, genus. ſ. & differentiam, quas prædicationes vocat proprias, ſed ſecũdas in ordine; In tertia reponit diffinitiones tradditas non ſecundum rei exigentiam, ſed ſecundum rei ſignificatum, cuius modi ſunt hæc, ſymum eſt naſus curuus, riſibile eſt homo potens ridere, Et hãc vocat inpropriã, quia cõparata ad cæteras non retinet legẽ naturalẽ prædicationum; Hæc ſententia Cardinalis probanda eſt, præter eius vltimũ dictum, nam vel ipſe admittit huiuſmodi propoſitionẽ, ſymũ eſt naſus curuus, eſſe naturalem, vel pter naturã, ſi primũ, tunc nulla eſt cauſa quare vocet illam impropriam, ſi .n. illa ꝓpoſitio eſt naturalis, abſquè dubio ſubiectum eſt loco generis, vel ſaltem gerit vicem differentiæ, ex genere aũt & differentia naturaliter ꝓdicatis de proprio diffinito, bona conſtituitur diffinitio; Si dixerit eſſe præter naturam, cum tales propoſitiones

Quarta opinio Caetani.

Confutatio.

ſint

ſint extrà artem, ſint expertes demonſtrationis, non igitur ad hunc pertinebunt modum nec propriè, nec impropriè; Idcircò eſt vltimus dicendi modus ipſius Auer. Epit. Log. Tract. de Rhetorica demonſtrat, ac 5. Meta. com. 23. & hunc tangit 7. Metaph. Com. 41. Et Primo Poſt. Com. 30. & 31. & 2. Poſt. Com. 44. qui tres ſtatuit ſpecies in hoc primo dicendi modo per ſe; prima eſt quãdo tota diffinitio ꝑdicatur de diffinito; Secunda, quando genus prædicatur de ſpecie; Tertia eſt, in qua differentia prædicatur de ſpecie; duo .n. hæc prædicata ponuntur in diffinitione ſpeciei; Et hanc opinionem eſſe veram comprobo; Et primo ex Ariſt. qui diffiniens primum modum, ait conſtitui ab illis prædicatis, quæ ſunt in eo quod quid eſt; at hæc tria prædicata, diffinitio, genus, & differentia ſunt huiuſmodi, vt patet, ergo hæ erunt ſpecies illius primi modi; Secundo, forma ſubſtantialis ſecundum Themiſtium, Linc. Ioannem Gram. & alios obtinet omnia prædicata primi modi per ſe, ſed illa tria prædicata reſpectu diffiniti ſunt formæ ſubſtãtiales ex Ariſt. & Auerroe Primo Metaph. tex. 17. & 7. Metaphiſ. text. 43. ac 8. eiuſdem text. 6. vbi aſſerunt genus eſſe formam vniuerſalem, differentiam formam particularem, diffinitionem

Vltima opinio Auer. & vera.

nem, formam ex vtroque conſtantem, Inſuper Illa ſunt prædicata in hoc primo modo quæ conſtituunt eſſentiam principaliter, vel quæ ſunt tota eſſentia, at tria prædicata dicta diuiduntur de neceſsitate in his quæ ſunt tota eſſentia, vel conſtituunt partem eſſentiæ, ergo neceſſario erunt prædicata primi modi; Et hunc modum ſuſtinendo, reſpondeo rationibus in oppoſitum; & primo primæ; Et dico Ariſto. per ea quæ ponuntur in diffinitione intellexiſſe etiam ipſam diffinitionẽ, & ideo 5. Metaphy. dixit diffinitionem de diffinito per ſe prædicari, ibique Auerroes, & D. Thomas dixere in primo modo per ſe; Ad ſecũdam, dico quòd licet diffinitio, & diffinitum ſint idem re; differunt tamen ratione, & hoc ſat eſt, ad ſaluandum idem non prædicari de ſe ipſo; & ſi diffinitio ꝑdicetur de diffinito; Sed circà determinationẽ adhuc oriri poſſet difficultas. An quando genus ſumitur ex parte alicuius ſubiecti, quod ſubiectũ eſt verè materia, & nõ forma, an illud genus ponatur in primo modo, & idẽ però de ipſa differentia, exempli gratia, diffinitur naſus ſymitas, eſt curuitas naſi, (curuitas) eſt loco generis, (naſi) loco eſt differentiæ, naſus vero non eſt forma ſymitatis, ſed eſt materia, cum ergo ſit materia, non poterit eſſe prædicatum

Seluuntur rationes in oppoſitum.

Dubitatio.

per

per ſe in primo modo; Reſpondeo quòd tale ſubiectũ, vt verè eſt ſubiectum, non eſſe prædicatum in primo modo; ſed eſſe terminum relationis intrinſecè eam diffinientem, & nõ in ſuo eſſe ſtatuentem, relatio autem terminata per talem terminum, & ſpecificata, eſt differẽtia proxima, & intrinſeca, ac in primo modo prædicatum per ſe. Solutio.

*Controuerſ. 3. ſuper eodem contex. 30.*

Iterum videtur eſſe contrarietas in dictis Ariſt. dum deſcribit prædicata per ſe primi modi, vult enim primum modum per ſe conſtitui ab illis prædicatis quæ ponuntur in eo quod quid eſt, ſeu in diffinitione ſubiecti; Quo ſtante dicto, ſequitur, quòd quando ſpecies prædicatur de indiuiduis, vt exempli gratia, Petrus eſt homo, ſit propoſitio per ſe in primo modo, ſimiliter, dum genus prædicatur de indiuiduis, vt ſi dicas, Petrus eſt animal, conſequẽtia patet, quia huiuſmodi prædicata ſumpta à genere, & à ſpecie ponuntur in eo quod quid eſt indiuiduorum, prædicabũtur igitur per ſe de indiuiduis; Quod etiam confirmatur ex Ariſt. 5. Metaph. tex. 22. dicente, omnia quæ prædicãtur in quid, prædicantur per ſe, at genus, & ſpecies prædicantur in quid de indiuiduis, igitur per ſe de illis prædicabũtur; Quod adhuc confirmatur ex eius

An genus, & ſpẽs prędicentur per ſe de ïdiuiduis

verbis in primo Capit. huius Primi, vbi facit hanc demonſtrationem, Omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, hic qui eſt in ſemicirculo eſt triangulus, ergo hic qui eſt in ſemicirculo habet tres angulos æquales duobus rectis, Ex qua patet genus, & ſpeciem de indiuiduis per ſe prædicari; Ex altera parte huic ſentẽtiæ obſtat ratio ex ipſo met Ariſt. deſumpta, quæ eſt, omnis propoſitio per ſe eſt de omni, at illæ propoſitiones in quibus genus, vel ſpecies de indiuiduis prædicantur, non ſunt de omni, cum illis deficiat vniuerſalitas ſubiecti, & temporis, igitur non erũt per ſe; Omnes ferè Latini voluere tales propoſitiones eſſe per ſe in primo modo propter rationes adductas in principio iſtius difficultatis, & præcipuè Ioannes Gand. 5. Metaph. Quæſt. 30. & cõprobat hãc ſuam opinionem iſtis rationibus; Quandò dicimus Petrus eſt homo, talis prædicatio nõ eſt accidẽtaria, igitur erit per ſe, nõ ſecundi modi, nec aliorum, cũ nõ ſit accidens, igitur erit per ſe primi modi; Inſuper, quod ponitur in eſſentia diffiniti, eſt p̃dicatũ per ſe in primo mõ, ſed ſi Petrus, & quodcunq; aliud indiuiduũ deberet diffiniri, diffiniretur p hominẽ, & per animal, ergo homo, & animal, ſeu species, & genus p̃dicabuntur p ſe in primo modo

Opinio Ianduni, & Latinorum.

do

do de indiuiduis; Vt aũt ſatisfaciant rationi- bus in oppoſitũ, dicũt q neceſsitas propoſitionis abſtrahit à rei exiſtentia, ſed nõ ab eius eſſẽtia, immò à rei eſſentia tota neceſsitas aſſumitur; Cuius ſignũ eſt, dicũt ipſi, quia formantur propoſitiones de rebus, quæ nõ ſunt, quæ propoſitiones ingrediuntur demonſtrationẽ, vt de ecclypſi, de terremotu, & de ſimilibus, quæ nen ſunt, quorũ tñ eſſentia ſemper eſt. ſ. in mẽte diuina; Quæ eorũ poſitio Ariſt. refragatur, & rõni, quare eſt reijcienda; Ariſt. qdẽ repugnat, q infrà tex. 64. dicet, ſingulariũ nõ eſſe ſcientiã, & afferens rõnẽ, dicit, qa ſunt corruptibilia. Quã eãdem ſententiã habuit 2. huius, pluribus in locis, dicens, Vniuerſaliũ eſſe diffinitionẽ, nõ aũt ſingulariũ; Clariuſq; hoc voluit 7. Metaph. text. 35. dicens, ſingulariũ nõ eſſe diffinitionẽ, & p cõſequẽs nec demõſtrationẽ, ſed illa ſẽſu cognoſci, ibiq; ĩ tex. 53. aſsignauit rõnẽ, qa ſubſtantiæ ſingulares hñt materiã, cuius natura eſt, vt poſsit eẽ, & nõ eẽ, & ideo huiuſmodi ſingularia ſubeunt corruptionẽ; Ex quibus manifeſtatur, neceſsitatem propoſitionis non ſolum ab eſsẽtia, ſed etiam ab exiſtentia eſſe ſumendam, ſicut & ſuprà in fine ſolut. primæ controu: ſuper tex. 10. fuit declaratũ, aliter ratio ab Ariſt. ibi adducta eſſet nulla; Et hãc veritatẽ apertiſſimẽ

An neceſſitas propoſitionis abſtrahat à rei exiſtẽtia.

Confutatio.

qui libet habet ab Ariſt. in fine prædic. ſubſtantiæ, vbi dixit, Ab eo quod res eſt, vel non eſt, oratio dicitur vera, vel falſa; Quam eadem ſententiã habuit in Poſt. præd. Cap. de Priori, ac in Prima Sect. lib. Perphyer. quare huiuſmodi propoſitiones ſingulares nequaquã erunt per ſe in primo modo; Quod & rationibus confirmatur. Nam prædicata primi modi aſſumuntur in ſcientia, & demonſtratione, ſed quando ſpecies, vel genera de indiuiduis efferuntur, non conſtituuntur prædicationes ſcientificæ, ergo nec continebuntur in hoc primo modo per ſe: Inſuper ſingularia non habent diffinitionem, ergo ſpecies, nec genera prædicabuntur per ſe in hoc primo modo de ipſis, ſi. n. ita eſſe deberet, maximè eſſet, qa aſſumuntur in diffinitione ſingularium; Nec eorum rationes ſunt alicuius roboris, quod declaro ipſas diluendo; Sed præmitto fundamentum hoc, propoſitiones neceſſarias eſſe in duplici differentia, aliæ enim ſunt neceſſariæ ſimpliciter, & abſolutè, & sũt illæ quarum termini ſunt ſimpliciter, & ex ſui natura neceſſarij, quæ ſupponunt vniuerſalitatẽ ſubiecti, & prædicati; Aliæ ſunt neceſſariæ ex ſuppoſitione, dum ſcilicet ſubiectum eſt, vt docuit Ariſt. in 2. Sect. Lib. Perhyer. in fine Cap. de Futuris Conting. dum dixit (omne

Snluuntur rationes Lat. & Iaud.

quod

quod eſt, dum eſt, de neceſsitate eſt;) Tūc dico, propoſitiones ſingulares eſſe neceſſarias ex ſuppoſitione, & ſic eorum prima, ac ſecunda ratio tollitur, genera enim, & ſpecies ponūtur in diffinitione ſingularium, ſcilicet dū ſunt, ſimiliter de illis prædicātur non ſimpliciter, & abſolutè, ſed dū ſunt, & hoc eſt quod ſæpius eſt dictum, ſingularium non eſſe diffinitionē, nec genera, & ſpecies de illis prædicari per ſe; Et ſi quis obijciat, Animal eſſentialiter prædicatur de homine, ergo & eſſentialiter prædicabitur de Petro, per regulā Ariſt. Ante prædicamentalem, Quando alterū de altero prædicatur, &c. Dico ſimiliter, animal prædicari eſſentialiter de Petro ex ſuppoſitione, dum ſcilicet eſt, cū neceſsitas propoſitionis non abſtrahat ab exiſtentia; Quod dicebatur in tertio argumēto, facilis eſt ſolutionis, cum quilibet ſciat illam non eſſe verā demonſtrationem; Quod dicebat Iandunus, prædicationem ſpeciei de indiuiduis, nō eſſe accidentalem, conceditur, non tamen ſequitur, quod ſit per ſe, cum hic aſſumatur per ſe, non vt diſtinguitur contrà per accidēs, quod ſit merum accidens externum; ſed diſtinguitur contrà per accidens, quod non habet aliquam perſeitatē eſſentialē reſpectu ſubiecti, & ſic ſpecies non habet hanc perſeitatem reſpectu

ſpectu indiuiduorum, cum indiuidua non ſint capacia alicuius perſeitatis diſtinctæ in partes eſſentiales, quare falſum eſt illud aſſumptū; Quicquid prædicatur in quid, prædicatur in primo modo per ſe.

*Controuerſ. 4. ſuper eodem contex. 30.*

An differētia prædicetur p ſe de ſpecie.

SI illa prædicata ſunt per ſe in primo modo quæ ponuntur in eo quod quid eſt ſubiecti, vt dictum eſt ab Ariſt. propoſitio igitur iſta, Homo eſt rationalis, nō erit per ſe in primo modo, ſicquè differentia nō prædicabitur de ſpecie per ſe, eo quia differentia non prædicatur in eo quod quid eſt de ſubiecto, ſeu de ſpecie, ſed in eo quod quale, vt patet ex Porphyrio; Pars tamē affirmatiua eſt ſuſtinenda, cum talis propoſitio, homo eſt rationalis, ſit per ſe, rationaleq; ponatur in diffinitione hominis; Ideo rationi adductæ erit reſpondendum, notando quod aliud eſt prædicari in quale, & aliud eſſe poni in eo quod quid eſt ſubiecti, licet ergo differentia prædicetur in quale, ideſt reſpondeatur ad interrogationem factam per quale; cum hoc tamen ſtat quod ponatur in eo quod quid eſt ſubiecti, ideſt in diffinitione ipſius ſpeciei, & hoc eſt quod Ariſt. intendit dicere; Sed ex quo habitus eſt ſermo de differentia; Quæret aliquis An iſta propoſitio, rationale eſt animal,

ſit propoſitio per ſe in primo modo, quod nil eſt aliud quàm quærere, An genus p ſe prædicetur de differentijs; Videtur quòd ſic, ex ſententia Porphyrij in Cap. de Cõmunit. vbi dixit, genus de ſpecie, de indiuiduis, ac de differentia prædicari, quod etiã affirmat ibidem Boetius; cuius etiam ſentẽtiæ eſt Hamonius in principio Cap. de Genere, vbi reddẽs cauſam, cur Porphyrius incœperit à genere, dixit, quia eſt cæteris communius, cum de alijs prædicetur, & non econtrà. Addas, at de illis non prædicatur per accidens, ergo per ſe non in ſecundo modo, nec in alijs modis per ſe, igitur in primo; Quã eãdem ſentẽtiam habuit Themiſt. Cap. 12. iſtius Primi Poſt. dicens Genus nõ ſolũ p̄dicari de differentijs, ſed etiã p ſe in primo modo, Quod ẽt affirmat Alex. 3. Metaph. tex. 29. Et hoc ẽt ratione confirmatur, & primo ipſius Boetij in Cap. de Cõmunitat. vbi dixit, ꝗ ſi genus p̄dicatur de ſpecie, p̄dicabitur ẽt de differentijs, & ratio eſt, qa differentiæ dant eſſe ſpeciei, ac vna cũ illis ſunt, at ſi genus prædicatur per ſe de ſpecie, de differentijs ergo etiam per ſe prædicabitur; Amplius, vltima differentia cum ſpecie conuertitur, vt exempli gratia, ſi rationale ſit hominis vltima differentia, cum homine conuertitur, quare ſi genus de ſpecie prædi-

An genus prædicetur p ſe de differẽtijs.

catur,ergo de his p̄dicabitur, de quibus ſpecies prædicatur, at ſpecies de differentia effertur,vt rationale eſt homo,ergo & genus de differentijs ennunciabitur; Amplius ſyllogyſmo expoſitorio confirmatur, valet enim homo eſt animal,rationale eſt homo,ergo rationale eſt animal; In oppoſitũ aũt eſt Ariſt. Quarto Top.cap.3. vbi dixit,differentiã non participare genus, ideſt non ſuſcipere diffinitionem generis,ergo genus de ea non prædicabitur; eãdem habuit ſententiam in eodẽ Quarto verſus vltimum, dum probabat, Ens non eſſe genus, quia genus tantum de ſpecie prædicatur,at ens de omnibus;Quam eamdẽ ſententiam habuit 6. Top. dicens, quod de differentijs prædicatur non eſt genus; Et huius reddebat rationem,ſi genus prædicaretur de differentijs,vt exempli gratia, Animal de rationali,& mortali; tunc rationale,& mortale eſſent animalia,& cum rationale,& mortale de homine efferantur ſimul cum animali, ergo plura animalia ſimul de homine prædicarentur, ſicquè in diffinitione hominis manifeſta committeretur nugatio; Et ſi quis dixerit,Ariſt. eſſe loquutũ probabiliter in his locis adductis; Iterum adducã rationes ſumptas ex locis, in quibus magis ſcientificè eſt loquutus,ſicut in 3.Ca.huius 2.poſt. vbi ponit

nit diſcrimen inter demonſtrationem, & diffinitionem, dicit quòd (in Demonſtratione ſemper alterum de altero prædicari, nequaq̃ in diffinitione, quia nec genus de differẽtia, nec differentia de genere,) & dabat exẽplũ, (quemadmodum animal de bipede, neq; bipes de animali, neq; vtiquè figura de plano, nec de figura planũ;) Hoc idem dicebat Perphy. Cap. de Differentia, dũ dixit, (Differentia eſt qua abundat ſpecies à genere, nam genus nullas habet differẽtias, quare nec de illis poterit prædicari; Rationibus hoc idem confirmatur; ſi genus de differẽtijs prædicaretur, ergo differentiæ eſſent genera, ac in ſe genera haberent, ſicq; in diffinitione genus pluries poneretur, quod eſt abſurdum; Præterea, ſubſtantia compoſita non prædicatur de ſimplici; at animal cum ſit genus, dicatquè ſubſtantiam compoſitam, differentia verò vt Rationale dicat ſubſtantiam ſimplicem, ergo genus de differẽtijs nõ prædicabitur, quare nec animal de rationali; Dicerem vtramque opinionẽ poſſe ſuſtineri, prò cuius declaratione eſt notandũ, Genus dupliciter conſiderari, vno modo pro illa voce, quæ eſt genus, alio modo pro re, vt genus prò animali; Quod genus prò re, adhuc eſt duplex, aliud generaliſſimum, aliud ſubalternum, quod genus tam gene- Determinatio.

neraliſsimũ,quàm ſubalternum adhuc eſt duplex,aliud ſubſtantiale,aliud accidẽtale; Genus ſubalternũ ſubſtantiale adhuc dupliciter conſideratur,vel in abſtracto , vel in concreto, quod ſi in abſtracto aſſumatur , habet rationem partis,quod ſi in cõcreto ſit acceptũ, habet rationem totius;Differentia quoq; biffariam accipitur,vno modo prò voce,alio modo prò re,vt prò rationali,quæ differẽtia prò re accepta,tripliciter conſideratur,vel in concreto, & ſic eſt eadem cum ſpecie , vel in abſtracto,ſicq; reſpectu ſpeciei habet rationem partis,vt rationalitas , vel vt dicit eſſe totius per modũ qualitatis ſubſtantialis,& hoc modo partim eſt eadem cum ſpecie, ſicq; tũc ſumitur in concreto,partim differt, quia tũc capitur ſub rõne qualitatis ſubſtantialis; Quibus p̃notatis,pono has concluſiones, ex quibus inſtantiæ omnes diluuntur; Quarum prima hæc eſt; Si genus , & differentia in abſtracto accipiantur,vnum non prædicatur de altero; quæ concluſio de ſe eſt ſatis manifeſta, non enim dicitur,Animalitas eſt rationalitas, nec econtrà; Secunda concluſio; ſi genus accipiatur in concreto, differentia in abſtracto, vel econtrà,ſic etiã vnum de altero non prædicatur, vt patet; Tertia concluſio,Si genus, & differentia ambo in concreto ſint accepta,

genus

genus prædicabitur de differentia per ſe, vt in exemplo eſt euidens; rationale eſt animal; Quarta, & vltima concluſio ſi, differentia ſumatur, vt dicit eſſe totius per modum qualitatis ſubſtantialis, ſic de ea genus non prædicatur: Ex quibus concluſionibus ſatis erit perſpicuum quid authoritatibus, & rationibus prō vtraque parte adductis, ſit reſpondendum; Vltimō, pro maiori declaratione illius primi modi per ſe; Quæret quis, An in hoc primo dicendi modo per ſe ponantur omnes cauſæ; Ratio dubitandi eſt hæc, quia per omnes cauſas contingit demonſtrare, & diffinire; Dicerem quōd ſic; Sed primō, & principaliter per formalem, ſecundario per alias cauſas; Et huius ratio eſt, quia Ariſtoteles (per quod quid eſt,) intelligit diffinitionem, & principaliter formalem, quæ diffinitio debet exprimere quidditatem, quidditas autem eſt à forma, vt habetur ab Ariſtotele ſeptimo Metaphyſicæ; Hinc eſt quōd ibi dicebat, quōd omnes partes diffinitionis ſunt formæ; Quod dictum ſic intelligi debet, ideſt formaliter prædicantur de diffinito; Vel ſunt formæ, reſpectu diffiniti; Vel ipſæ ſunt formæ, non perficientes materiam, ſed declarantes naturam, &

An ī primo modo dicendi per ſe cōtineantur oēs cauſæ.

Omnes ptes diffinitionis ſunt formæ, qūo ītelligatur.

ram,& quidditatem rei; Quare ex omnibus cauſis conſtituetur propoſitio per ſe in primo modo,ſed principaliter per formalem.

*Controuerſ. 1. ſupertex 32.*

An quando ſubiectum ponitur in diffinitione prædicati, qđ eſt accidens, ſit propoſitio per ſe in ſecundo modo.

DVm ponit Ariſt. ſecundum modum per ſe,conueniunt omnes, ipſum affirmare talem modũ conſtitui ab illis accidentibus, in quorum diffinitione ponitur ſubiectum,& ideo Ariſt. in textu vtitur illo verbo (In exiſtentium,) per quod denotat ipſa accidentia,cum inexiſtere ſit propriũ accidentium, ſicque aſſerunt omnes,ſecundum modũ per ſe, eſſe quãdo ſubiectum ponitur in diffinitione prædicati, quod prædicatũ eſt accidens; Quod dictum Ariſtoteli videtur refragari,cum ſæpius ab ipſo dicatur propoſitionem per accidens conſtitui, cum vnum prædicamẽtũ diuerſum ab alio, de altero ennunciatur; quod ſic eſt in præſenti, cum ſubiectũ ponitur in diffinitione prædicati,quod prædicatum eſt accidẽs; Accedit ꝙ infrà tex. 52. dicet, Accidentium non eſſe ſcientiam, quomodo igitur propoſitiones huius ſecũdi modi erũt ſcibiles, cum prædicatum illarum ſit accidens? Dicendum eſt,quòd quãdo ſubiectum ponitur in diffinitione accidentis,ſcilicet proprij,tunc cõſtitui propoſitionem per ſe in ſecundo modo; Cuius ratio eſt, quia ſubiectum

biectum,& propria paſsio,ſeù accidens proprium non diſtinguũtur realiter, quo fit ꝙ tale accidens proprium,& ſubiectũ ſecundũ rẽ ſint in vno, & eodem prædicamento, minimè in diuerſis; Pariter tollitur ſecunda contradictio,cũ de accidentibus,quæ ſunt per accidens non ſit ſciẽtia, ſed de accidẽtibus proprijs, ſeù pſe, cuius modi ſunt accidẽtia ſecũdi iſtius modi,quod docebit Ariſt. infrà tex. allegato; Ex quibus erit inferendũ,illas propoſitiones in quibus accidẽs inſeparabile ineſt ſubiecto non eſſe perſe in hoc ſecũdo modo, ſicut exẽpli gratia, nigrũ reſpectu corui, cũ iſte ſecundus modus perſe nõ recipiat omnia accidentia, ſed tantum illa quæ ſunt propria,quia hæc tantũ diffinitioni conueniunt, accidentia verò inſeparabilia quæ cõmunia sũt nequaq̃; Sed tũc quæret aliquis, quæ ſit cauſa ꝙ primus modus perſe ſit, quãdo prædicatũ ponitur in diffinitione ſubiecti,ſecũdus verò ſit,cũ ſubiectũ ponitur in diffinitione prædicati,cur nõ ècõtrà ſit,vt hic ſit primus,& ille ſit ſecũdus; Erit reſpõdẽdũ,illum eſſe primũ,qa p̄dicatũ tũc ingreditur q̃dditatiuã rõnẽ ſubiecti,at in ſecũdo modo ſubiectũ à poſteriori, & per additamẽtũ ingreditur diffinitionẽ prædicati, cũ autẽ intrinſeca,& q̃dditatiua præcedãt extrinſeca,&poſteriora

An accidẽs inſeparabile prædicetur perſe de ſubiecto.

Cur eſt ꝙ ſi prædicatũ ponitur in diffinitione ſubiecti ſit primus modus p ſe,ſi ècõtrà ſit ſecundus.

ideò meritò iſte dicitur primus modus, hic verò ſecundus; Sed adhuc prò maiori iſtorũ duorũ modorum per ſe dilucidatione, quæret ille cauſam, ob quam nõ detur tertius modus per ſe, qui ſit cum extrema mutuo ſe diffiniunt, vt cum prædicatum diffinit ſubiectũ, & ſubiectum prædicatum, quemadmodũ eſt in terminis relatiuis, vt etiam dictum fuit à Porphyrio Cap. de ſpecie; Dicas cauſá huius eſſe, quia relatiua non verè diffiniuntur ad inuicem, & propriè, quemadmodum hic loquitur Ariſt. de diffinitione, idcircò conſtituitur tunc potius propoſitio contingens, ſeu per accidens, Accedit; quòd relatiua de ſe inuicẽ non prædicantur, quare nec aliquis modus per ſe poterit conſtitui.

*Cur non detur tertius modus p ſe, qui ſit cũ extrema mutuò ſe diffiniũt.*

*Controuerſ. 2. ſuper eodem contex. 31.*

*An excẽpla ſecũdi modi per ſe ab Ariſt. data, ſint vera.*

EXemplificãs Ariſt. de pdicatis per ſe ſecundi modi, dat plura exempla, primũ eſt, (vt rectum, & circulare ineſt lineæ, ſecundum (par, & impar numero,) tertium exemplum, (& primum, & compoſitum) Vltimum (Aequilaterũ, & altera parte longius,) Quæ excẽpla Ariſtoteli videntur refragari, & præcipuè duo prima; nam rectum; & circulare non ſunt accidentia propria lineæ, cum alteri à linea conueniant, conueniunt enim ſuꝑficiei, quæ pariter dicitur recta, vel circularis,

ris,proprium autem vni,ſoli,& ſemper debet conuenire,vt docet Porphyrius,ergo propoſitio talis,linea eſt recta,vel circularis nõ erit per ſe in ſecũdo modo, cum ſecundus modus conſtituatur ab accidẽtibus proprijs,in quorum diffinitione ponitur ſubiectum,ſicut nũc in ſolutione controuerſ. præcedentis eſt dictum; Similiter par, & impar, non poſſunt prædicari per ſe in ſecundo modo de numero,cum non ſint eius paſsiones, ſed differentiæ, teſte Ariſt. Tertio Top. Cap. 3. & Sexto eiuſdem Cap. 3. Quod etiam ratione confirmatur,par,enim & impar è diuersò diuidunt ipſum numerum, igitur erunt numeri differẽtiæ,nequaquàm paſsiones, & per conſequens non poterunt prædicari de numero per ſe in ſecundo modo,ſed potius in primo; Omitto ſolutionem cõmuniter datam, quòd hæc ſint exempla,quorum non requiritur verificatio, ſed manifeſtatio, & ſuſtinendo illa eſſe vera, dico rectum, & circulare eſſe lineæ propria, cum ſola linea gaudeat hoc, quòd ſit recta, vel circularis,quòd ſi aliud à linea dicitur rectum,vel circulare,ſicuti ſuperficies, hóc illi conuenit meritò lineæ,cum ſuperficies recta, vel circularis dicatur, eo quia lineæ ipsã cõſtituentes ſunt rectæ, vel circulares; Quo ad ſecundam,dico non eſſe inconueniens eandẽ

rem eſſe paſsionem, & differentiam, quando enim vltimæ rerum differentiæ non ſunt nobis nominatæ, tunc eas exprimimus nomine ſuæ propriæ paſsionis, ſicq; eſt in præſenti de pari, & impari reſpectu numeri, quemadmodum etiam vltima equi differentia cum ſit nobis innominata, eam circumſcribimus per eius propriam paſsionem, per ipſum inhibile, ideò diffinientes equum, dicimus eſſe animal irrationale inhibile; Quid verò intelligat Ariſtot. per numerum primum, & compoſitum, & per æquilaterum, & altera parte longius, in his non eſt immorandum, cum hæc rectè à Ioanne Gra. ſint declarata.

*Controuer. 3. ſuper eod. tex. 31.*

An iſta ꝓpoſitio Animal eſt homo, ſit perſe in ſecundo modo:

SI ſecundus dicendi modus perſe conſtituitur ab illis prædicatis, in quorū diffinitione ponitur ſubiectum, ſequitur ergo ꝙ iſta ꝓpoſitio, Animal eſt homo, erit perſe in ſecūdo modo, cū Animal ponatur in diffinitione hominis; Quod tamen eſt falsū, cū talis prædicatio ſit indirecta, non .n. ſpecies prædicatur de genere, ſed benè è cōtrà genus de ſpecie, & ſuperius de inferiori prædicatur, ſicut docet Porphyrius Cap. de Spetie, aç ipſe Ariſtot. vbiq; : Prò ſolutione iſtius diffi-

Quot ſint genera prædicatorum ſecundi modi perſe;

cultatis, altius eſt exordiendum, & conſiderandum eſt; Quot ſint genera prædicatorum

torum ſecundi modi per ſe; In iſta difficultate, Expoſitores diuerſa ſentiunt; Alpharabius ſicut recitat Auerroes Primò Poſt. Com. 31. expoſitionis magnæ, tria iſtius ſecundi modi per ſe conſtituit genera, quorum primum eſt, quando ſubiectum eſt de eſſentia prædicati, vt homo eſt riſibilis; Secundò eſt, quando genus immediatum ſubiecti eſt de eſſentia prædicati, vt animal rationale eſt riſibile; Tertium eſt, quādo genus ſubiecti remotum, vel excedens ſubiectum artis ponitur in diffinitione prædicati, vt homo eſt vnus, homo eſt bonus, in diffinitione namq; illarum paſsionum, ſeu prædicatorum ponitur ens tranſcendens omne genus; Quam ſententiam Auerroes meritò impugnat tribus medijs; Primò, tertium illud genus nullo modo eſt admittendum, quia deſtruit ipſas ſcientias, quod declaratur, ſi enim exempli gratia, in Philoſophia naturali huiuſmodi paſsiones ſint explicandæ, Philoſophia naturalis non erit Philoſophia, ſed erit Methaphyſica, cum munus ſcientiarum particularium non ſit exprimere perfectè paſsiones entis, & generum tranſcendentium; Secūdò, ipſe Alpharabius dat tranſitum ab vna ſciētia in aliam abſq; earum ſubalternatione, ſi enim Mathematica debet probare de ſuis

Diuo Alphar.

Confutatio.

ſubiectis quòd ſint Vna, Bona, Vera, & Mathematica non ſit ſubalterna ipſi Methaphyſicæ, tranſit ergo in aliud genus, ſeù in aliam ſcientiam abſq; medio; Tertio dicit Auerroes Nulla ſciētia erit perfecta, ſi enim hæ paſsiones ſunt ſcibiles de ſubiectis particularibus, quæ ſubiecta particularia conſiderantur in ſcientijs particularibus, quæ vniuerſalitatem Metaphyſicæ nunquàm tangunt, conſequens eſt, vt illæ ſcientiæ nūquàm perfectè explicent naturam illorum ſubiectorū, quare nulla ſcientia erit perfecta; Fuit alius dicēdi modus Pauli Ven. qui diſtinguit hujuſmodi prædicata in prædicata eſſentialia, & in prædicata reductiua, ſub reductiuis ponit omnia ea quæ poſſunt reduci ad hunc modum, ſicut etiam fecit in primo modo per ſe; Quæ eius ſententia improbatur, cum certum ſit omnes propoſitiones poſsibiles, contingētes, & impoſsibiles iuxtà eius opinionem eſſe reductiuas in hunc modum; Cardinalis Caetanus dixit iſtius ſecundi modi per ſe tria eſſe genera, quorum primum vocat proprium, principale, Secundum proprium ſecūdario, Tertium verò improprium; Sub proprio principali primò reponit paſsiones de ſubiectis; Secūdo paſsiones de diffinitionibus ſubiectorum; Tertio diffinitiones paſsionū de ſubiectis;

Opinio Pauli Ven.

Cōfutio.

Opinio Gaetani

ctis; quarto diffinitiones paſsionum de diffinitionibus ſubiectorum; quinto paſsiones ſub disiuncto de ſubiecto proprio, vt rectũ, & circulare de linea, par, & impar de numero; Sexto, addit differentias diuiſiuas de genere, vt animal aut eſt rationale, aut irrationale; Sub ſecundo genere quod vocat propriũ ſecundario ponit multas propoſitiones, primo paſsionem genericam de ſubiecto ſpecifico, vt homo eſt riſibilis; Secundo paſsionẽ alicuius ſubiecti de ſubiecto illius ſubiecti, vt miſtum eſt viſibile, viſibile enim eſt paſſio colorati, quod coloratum ineſt miſto tamquàm ſuo ſubiecto, Tertio paſsiones mathematicas de ſubiectis Phyſicis, vt rotunditas de cælo, de terra, de circulo; Sub genere improprio, quod fuit tertium collocat diffinitiones ſecundum exigentiam rei de quibus affirmantur diffinita, vt animal rationale eſt homo, etiã addit diffinitiones datas non ſecundum rei exigentiam, vt naſus curuus eſt ſymus, adeò ꝙ ſub tertio genere ſecundum eius ſententiam ſunt omnia ſubiecta quæ ſũt de eſſentia prædicatorum enunciata prædicatione præter naturam; Quæ Caetani ſentẽtia, licet ſit ampliſsima non eſt tamen approbanda, nàm in primo gradu reponit differentias diuiſiuas, quæ non ſunt paſsiones, in hoc Confutatio.

autem ſecundo modo ponuntur paſsiones, ſeu proprietates; Inſuper, ſub ſecundo genere reponit ea, quæ verè propria non ſunt, ſicut viſibile quod non eſt proprium miſti, licet enim viſibile per ſe coniunctum inſit colorato, & coloratum perſe miſto, ob hoc tamen viſibile per ſe coniunctum non ineſt miſto, cum ſint aliqua miſta, quæ ex ſui natura non ſunt viſibilia, niſi ratione luminis externi; Inſuper, viſibile ſequitur ad colorem, color autem fit ex commiſtione elementorum, vel ſecundum alios ex commiſtione lucidi cum opaco, ob hoc viſibilitas neceſſario non ſequitur ad miſtum, cum viſibilitas inſit miſto ratione ipſius colorati; Sub tertio genere collocat propoſitiones præter naturam; quæ ſub arte non cadunt, quæ etiam ab hac ſcientia ſunt alienæ; Quapropter veriorem eſſe ſententiam Auerrois iudico, qui Com. 31. iſtius Primi præallegato diuidit prædicata in eſſentialia, & accidentalia, Eſſentialia ponit ſub primo modo perſe, accidentalia ſubdiuidit in propria, & communia, & hæc communia reijcit, non enim pertinent ad demonſtrationem, ſola prædicata propria ponuntur in hoc ſecundo modo; Quæ adhuc ſubdiuidit, vel ſimpliciter conueniunt ipſi ſubiecto, vel cum disiunctio-

Determinatio

ctione, ſimpliciter conuenit homini riſibile, equo inhibile, ſub disiunctione verò, vt par, & impar numero, adeò quòd ſecūdū Auerroem ſub iſto ſecundo modo perſe, tantum reponuntur prædicata accidentalia propria, quæ ſimpliciter, vel ſub disiunctione inſunt ipſi ſubiecto; Veritas hæc colligitur ab Ariſtot. qui prædicata iſtius ſecundi modi vocat inexiſtentia, inexiſtere autem eſt proprium accidentis, quare prædicata illa erunt in hoc ſecundo modo prædicationis, quando ipſa ſubiecta in diffinitione illorum ponentur; Et ex his ſoluitur difficultas propoſita, an illa propoſitio, (Animal eſt homo,) ſit perſe in ſecundo modo; Secundum .n. Paulum Ven: Caetanum, Sueſſanumq́; ac multos alios talis propoſitio erit perſe in hoc ſecundo modo vel ſimpliciter, vel reductiuè; Neutrum tamen eſt verum, cum ad hoc vt aliqua propoſitio ſit perſe in ſecundo modo, non ſolum requiratur ſubiectum poni in diffinitione prædicati, ſed opus ſit etiam quòd illud prædicatum ſit accidens proprium illius ſubiecti; in propoſitione verò dicta, animal non eſt accidens, ſed eſt ſubſtantia, ſubſtantiæ autem nō cōuenit inexiſtere, proptereà prædicata ſubſtantialia ſunt aliena ab hoc ſecundo modo perſe; Vltrà q; talis

propoſitio (Animal eſt homo) nō eſt de omni, vt patet, ſit etiam prædicatio indirecta, ſicuti in initio iſtius difficultatis fuit dictum, & propoſitioni per ſe requiritur quòd ſit de omni, & quòd prædicatio ſit directa, ſeù naturalis; Ex quibus etiam licebit colligere, hanc propoſitionem, (Rationale eſt homo,) & conſimiles, in quibus ſpecies effertur de differentia, non eſſe per ſe, cum illis deficiāt multæ conditiones prædictarum; Ex quibus etiam inferatur, nullam propoſitionem perſe conuerti in aliam perſe, licet enim hæc propoſitiones, homo eſt animal, homo eſt rationalis ſint per ſe in primo modo, ſi conuertantur, in nullo erunt perſe, dicant alij quicquid velint, quemadmodum nec iſta, numerus eſt par, vel impar, & ſi ſit perſe in ſecundo modo, ſi conuertatur, dicetur, par, vel impar eſt numerus, non erit perſe, cum illis deficiant cōditiones requiſitæ modis per ſe primi, & ſecundi, quare impoſsibile ſit aliquam propoſitionem perſe conuerti in aliam perſe, cum propoſitio quæ eſt perſe, ſit ordinata, & directa, quæ ſi conuertatur, fit inordinata, ac indirecta, cum mutetur ſubiectum in prædicatum, cum autem propoſitio fuerit inordinata, ſeù indirecta, nequaq̃ poteſt eſſe perſe.

An quādo ſpecies prædicatur de differentia cōſtituatur ꝑ ſe pter ple.

An propoſitiones primi modi perſe cōuertātur in propoſitiones perſe ſecūdi modi, & ecōtrà.

Con-

*Controuer. ſuper tex. 33.*

IN iſto contextu 33. affert Ariſt. tertiũ modum perſe, qui tertius modus eſt exiſtendi, compræhendit enim ea, quæ perſe exiſtunt, ſicuti ſunt ipſæ ſubſtantiæ; Sed in verbis Ariſt. videtur eſſe intricatio, cum ex illis non colligatur quæ ſint illæ ſubſtantiæ, quæ perſe exiſtunt, an ſint primæ, vel ſecũdæ ſubſtantiæ, ſeu an ſint ſubſtantiæ ſingulares, an ſubſtãtiæ vniuerſales, & vtrũq; ex eius verbis poteſt colligi, hinc eſt quòd expoſitores ſunt adinuicem diuerſi; Ioannes Gram. Albertus tract. 2. Cap. 9. ac Caetanus ſunt huius opinionis, non tantum ſubſtãtias ſingulares, ſed etiam vniuerſales cõtineri ſub hoc tertio modo perſe, quod probant quatuor medijs, Primo ex Ariſt. qui in textu aſſerit illa eſſe perſe in tertio modo, quæ non dicuntur de ſubiecto aliquo alio, at non ſolum ſubſtãtiæ ſingulares, ſed etiam vniuerſales ſunt huiuſmodi, ergo hæ omnes ſub hoc tertio compræhẽdentur modo; Mi: propoſitio patet, nam etſi ſubſtantiæ vniuerſales prædicentur de ſubſtãtijs ſingularibus, ſingulares tamen ſubſtãtiæ non ſunt aliquæ aliæ res diſtinctæ ab vniuerſalibus, quibus verbis volunt hi authores innui prædicationem de ſubiecto inhæſionis; Secundo Ariſt. in textu ait, (Subſtantia

An omnes ſubſtantiæ contineantur ſub tertio modo perſe

vero

verò, & quæcumq; hoc aliquid ſignificant,) tunc ſic arguunt, particula illa ( & ) coniungit res diuerſas, ergo Ariſtot. per ſubſtantiam intelliget aliquid diuerſum ab eo quod ſignificat (hoc aliquid ) hoc autem diuerſum nil aliud eſſe poteſt, quàm ſubſtantia vniuerſalis, ergo ſubſtantias vniuerſales ſub hoc tertio modo continebit; Tertio, Ariſt. in fine iſtius textus inquit, ( Quæ autem de ſubiecto accidentia, ) non ergo excludit ſubſtantias vniuerſales; Vltimo, homo, animal, & alia vniuerſalia ſubſtantiæ ſunt entia perſe, ergo continentur ſub hoc tertio modo, cum entia per ſe tertius modus amplectatur; Contrariam opinionem ſuſtinent Themiſt. Auerroes, Linc. D. Thomas, Ægidius, & alij, aſſerentes ſubſtantias vniuerſales nequaquàm contineri ſub hoc tertio modo; & probant quatuor medijs, & primo ſic, Illa quæ non dicuntur de ſubiecto aliquo pacto, continentur ſub iſto tertio modo, ſed ſubſtantiæ vniuerſales dicuntur de ſingularibus, non igitur ſunt ſub illo tertio modo; Mai: propoſitio habetur ex verbis textus, in quibus habet, ( Quæ quidem igitur non de ſubiecto perſe dicto, ) Inſuper, & ſecundo, per ſe exiſtere eſt actus ſuppoſitorum, ſolæ ſubſtantiæ indiuidua ſunt huiuſmodi, ergo hæc ſo-

*Opinio Themiſt. & aliorum.*

la

la ſunt ſub hoc tertio modo, maior patet, nam vniuerſalia tantum abeſt vt perſe exiſtant, vt ſit impoſsibile illa perſe exiſtere; Tertio, natura exiſtentiæ perſe, quæ declaratur per eſſe perſe, tantum innuit actum ſecundum eſſentiæ; vniuerſales autem ſubſtantiæ ſunt ipſæ eſſentiæ, vel partes eſſentiæ ſine vllo actu, ergo his conuenit omninò exiſtentia perſe, at exiſtentia perſe tantum conuenit ipſis ſubſtantijs ſingularibus, ergo ſubſtantiæ ſingulares tantum ſub hoc tertio modo continebuntur; Quarto, ſi ſubſtantiæ vniuerſales eſſent perſe, eſſet ergo alius perſeitatis modus ab iſto tertio præſtantior, ſubſtantiæ enim vniuerſales non habebunt exiſtentiam perfectiſsimam, cum ſolam habeant entitatem; Si igitur ſubſtantiæ vniuerſales continebuntur ſub iſto tertio modo, æquiuocè ſimul, & ſubſtantiæ ſingulares quæ perfectiſsimæ exiſtunt ſub iſto continebuntur, cum exiſtentia ſubſtantiarum ſingularium, & vniuerſalium in nullo communi conueniant, igitur dabitur alius modus præſtan[illegible] illo tertio, qui conueniet ſubſtantijs ſingularibus; Vtraq; opinio poteſt ſuſtentari, ſi dicamus Ariſtotelem principaliter ſub iſto tertio modo compræhendere ſubſtantias ſingu- Determinatio.

ſingulares cum hæ maximè exiſtant, ſecundario verò ſubſtantias vniuerſales;cũ non ita maximè exiſtant, præſupponunt enim ipſas primas ſubſtantias,&propter hoc dicimus eas ſecundariò Ariſt. intelligere; cum autem primæ ſubſtantiæ principaliter ſub iſto tertio modo cõtineãtur, hinc eſt quòd opinio Themiſtij,& aliorum ipſum inſequentium verior eſſe videtur; Quam ſi quis vellit tantum approbare, de facili etiam reſpondebit argumẽtis alterius; Et primum ſoluet, cum Ariſt. ait, (Aliquo alio ſubiecto) non intelligit tantum ſubiectum inhæſionis, ſed etiam prædicationis, cum hoc ſit aliquid aliud à ſuis vniuerſalibus; Secundũ tollitur, cum illa particula (&) non modo connectat diuerſa, ſed etiã aliquando ſit expoſitiua præcedentium, quemadmodum eſt in præſenti, cum exponat illud quod dixerat per ſubſtantiam; Tertio reſpõdetur, Accidens dupliciter accipi, vel prò eo quod alteri aduenit, ſiuè inhæreat, ſiuè non; vel prò eo quod inhæret alteri, ac adiacet, Cũ ergo Ariſt. dicit, (quæ dicuntur de ſubiecto ſunt accidentia,) intelligit primo modo, vniuerſalia enim adueniunt ſingularibus, nõ autem ſecundo modo accipit accidens; Ad vltimum, dico quòd eſſe perſe ens eſt æquiuocum, vel enim ſignificat naturam cui compe-

tit ſubſiſtentia, quæ eſt veluti differentia intrinſeca conſtituens ſubſtantiam, quo quidē modo ſubſtantiæ vniuerſales ſunt entia per ſe; vel eſſe perſe ens ſignificat eſſe per ſe in natura, quod eſſe perſe in natura, eſt habere exiſtentiam ab alio non dependētem, & hoc modo ſubſtantiæ vniuerſales non ſunt perſe entia, & ideò dictum eſt eas Ariſt. ſecundariò intelligere, cum non maximè exiſtāt, immò primas præſupponant ſubſtantias; Sed prò maiori iſtius tertij modi declaratione, difficultas eſt diſſoluenda, an iſte tertius modus ſit modus prædicandi; Reſolutè eſt dicendum, eſſe modum exiſtendi; nequaquàm prædicandi; quod comprobatur ex Ariſtot. in textu dicente, ( Amplius quòd non dicitur de ſubiecto aliquo, ideſt, quòd non eſt in aliquo ſubiecto, illud perſe exiſtit, ) vbi ( per dici de ſubiecto ) intelligit eſſe in ſubiecto, & (per non dici de ſubiecto ) intelligit non eſſe in ſubiecto, ſicut rectè adnotatum fuit à Ioann. Gram. Ex quibus ſequitur, quòd vana eſt illa quæſtio in qua quæritur, An iſte tertius modus ſit modus prædicandi perſe, vel per accidens, & videtur quòd ſit modus prædicandi per accidens, ob verba Ariſt. in textu dicentis; (Quæcumq; vero neutro modo ſunt,) hoc eſt, nec in primo, nec in ſecundo, di-

An tertius modus perſe, ſit modus p̄ dicandi.

do dicendi modo per ſe,accidentia ſunt;Hæc inquàm quæſtio eſt vana,cō enim iſte tertius modus per ſe non ſit modus prædicandi, vanum igitur eſt quærere,an ſit modus prædicandi per ſe, vel per accidens, à quo enim negatur ſuperius,negatur etiam quodlibet inferius; Et ideò à veritate longè ſunt, qui dicunt iſtam propoſitionem eſſe in tertio modo p ſe,Socrates eſt,ſeu Socrates exiſtit; Nequaquàm enim eſt in tertio modo perſe; Verũ cũ Socrates ipſe dicitur ſeorſum exiſtens in rerum natura,tunc dicitur eſſe in tertio hoc modo perſe, propoſitiones nequaquàm, indè eſt etiã,quòd iſte tertius modus perſe demõſtrationi non eſt neceſſarius.

*Controuer. ſuper tex. 34.*

An ſub quarto modo pſe contineã tur omnes cauſæ.

Ponit Ariſt. quartum modum perſe, & dicit, illud eſſe per ſe,ad cuius poſitionẽ ſequitur effectus ex natura rei poſitæ, quando verò ſecus ſit,eſt per accidens,Et dat exemplum, vt ſi ad iugulationem ſequatur coruſcatio, erit per accidens, ex quibus ſequitur quartum hunc modum perſe, eſſe modum cauſandi; Ideò difficultas eſt, An ſub eo contineantur omnes cauſæ, an verò tantũ cauſa efficiens, vel finalis; In qua re diuerſi ſunt Expoſitores inter ſe, Ægidius,quem inſequitur Paulus Ven. volunt in hoc quarto

Op.ã o Aegid.

modo

modo contineri tantum cauſam finalem perſe, ac principaliter, ſi verò cauſam efficientē etiam contineat, hoc eſt ſecundario; Quorum fundamentum eſt hoc, quia finis neceſsitat agens, idcircò finis perſe, ac principaliter in hoc modo includitur; efficiens verò reducitur ad hunc modum; Adduntq; hunc quartum modum diſtingui contra caſum, & fortunam quæ ſunt cauſæ per accidens; Hácq; ſuam confirmant opinionem, ex eo quòd Ariſt. inquit, per accidens eſſe, aliquo ambulante corruſcare, quia ambulatio non ordinatur ad curruſcationem tamquàm ad finem; ideò eſt per accidens; Alij volunt, tantum cauſam efficientem in hoc modo includi; Et hanc opinionem exempla Ariſt. videntur inſinuare, quæ ſunt de cauſa efficienti; Et hanc ſuā opinionem etiam comprobāt ex verbis Ariſtot. Quinto Metaph. tex. 23. qui dixit, cauſam, & perſe conuerti, at cauſæ ſūt quatuor, ergo modi perſe erunt quatuor, primus condonatur formæ, ſecundus materiæ, tertius fini, efficiēti quartus; Vtraq; autem opinio eſt falſa; Et primo ab Ægidio peto, an iſta ꝓpoſitio, Homo eſt carneus, ſit perſe, vel per accidens, nō ſecundum aſſerere poteſt, cum id quod eſt ꝑ accidens poſsit adeſſe, & abeſſe, & impoſsibile ſit quòd homo ſit ſinè carne, igitur erit

Opinio ſecunda

Confutatur opinio Ægidij.

perſe, non in primo modo, cum in eo contineatur forma, nec in ſecundo modo, cum caro non ingrædiatur hominis eſſentiam, cum etiã ea quæ ſunt per ſe in ſecundo modo ſint accidentia propria; nec etiam in tertio, vt de ſe conſtat, ergo erit per ſe in quarto; Amplius, iſtæ propoſitiones, homo eſt animatus, homo conſtat ex anima rationali ſunt perſe, non in alio modo; quàm in quarto, ergo in quarto continebitur forma; Amplius, ædificator ædificat, iſta quoq; propoſitio eſt perſe, non in tribus primis modis, igitur in quarto modo; Argumẽtor contrà ſecundam opinionem, iſta propoſitio, ſol eſt factus propter illuminandum, & propter rerum conſeruationem, non eſt propoſitio per accidens, igitur perſe, & eſt data per finem, ergo finis continetur in iſto quarto modo; Prætereà, hæc opinio patitur argumenta facta contrà Ægidium, quibus probabatur formam, & materiam eſſe in iſto querto modo; Quocircà mẹlius ſentit Auerroes, cui ſubſcribit .D.Thomas, qui aſſerunt in hoc quarto modo omnes cauſas contineri, prò vt habent reſpectum ad ipſum effectum; Et fundamentum ſũmitur à natura cauſarum, cum quælibet cauſa habeat rellationem perſe ad ſuum effectum, dum modo non ſit cauſa per accidens, indè eſt, hunc

Opinio Auerrois, &. D. Thomæ, ac verà.

quartum

quartum modum perſe, nõ eſſe modum prædicandi, ſed cauſandi, ſicut conſtat ex verbis textus, & ideò iſte modus non conſiſtit in aliqua propoſitione, ſed tantum in cauſa incomplexa, quãdo enim eſt aliqua cauſa, quæ verè eſt productiua alicuius effectus, ſi ipſum cauſabit, dicetur cauſa perſe illius effectus in hoc quarto modo, ſic quoq; effectus dicetur perſe, ſi comparetur ad talem cauſam. quare ſub iſto quarto modo non erit propoſitio facta ex cauſa, & effectu, & ob id iſte quartus modus demonſtrationem non ingredietur; Sed ſtatim dubitabit ille, Cur Ariſtot. adduxerit tertium modum per ſe, qui eſt exiſtendi, & hunc quartum, qui eſt cauſandi, cum ij non ingrædiantur demonſtrationem, nec ipſi ſint neceſſarij, Sed tantum duo primi, ſicut etiam colligitur apertè ex text. 35, ſubſequenti; Erit dicendum cum Auerroe, vt diſtinguat ipſum perſe, quod eſt multiplex in ſuos modos, ac vt eligat deindè illos qui demonſtrationi debent inſeruire; Vel cum Themiſtio dicatur, Ariſtot. hos adduxiſſe modos ampliandi, exornandiquè gratia doctrinam demonſtratiuam; Sed adhuc ille dicet, Cur potius Ariſtoteles adduxit iſtos duos, cum demonſtrationi non ſint neceſſarij,

An quartus modus pſe, ſit modus pdicandi.

Cum Ariſt. adduxerit tertium, & quartum modũ pſe, cum demonſtrationi nõ ſint neceſſarij.

Dub.

ſubſequenti 37. eſt difficultas inter expoſitores,& vtrũq; videtur colligi poſſe ex verbis Ariſt. Et primo videtur dicendum quòd diffiniat vniuerſale in principio text. 36. quia vtitur eodem loquendi modo,quo ſolitus eſt vti in diffinitionibus tradendis, Vtitur enim verbo (dico)& propter hanc rationem quidam Latinorum abſolutè hoc aſſeruerunt; Alij rationibus innitentes, contrarium ſentiunt,dicuntq; Ariſt. nullo modo hic in tex. 36. diffinire ipſum vniuerſale, quia ſi ſic,non ſeruaret ſuum præceptum ab ipſo traditum primo Cœli tex. 100. Omne multiplex diuiſione primo ſemper eſt declarãdũ, & demum diffinitione,modo cũ hæc vox (Vniuerſale) ſit vox ambigua, prius ergo eſt diſtinguenda,demum tractãda, quòd hæc vox ſit ambigua,patet, nam ſignificat vniuerſale in cauſando, vniuerſale in prædicando, vniuerſale in repræſentando, vniuerſale quod eſt ſecundum quòd ipſum, & conuertibile, & ideò dicunt Primo Ariſtot. ipſum vniuerſale diſtinguere,demum in contex. 37. ipſum diffinire, & verba Ariſt. ibidem huic expoſitioni videntur conſona, Cum dicat, (Vniuerſale autem eſt tunc quando in quolibet, & primo monſtratur;) Sed poſſunt hi Expoſitores de facili concordari, Si dicamus Ariſt.

in principio textus. 36. incipere diffinitionem vniuerſalis, eam demũ in textu ſubſequenti. 37. perficere; Et hoc eſt quod dixit Themiſtius, cui ſubſcripſit Auerroes, ꝙ poſt quàm diffiniuit Vniuerſale, & dixit eſſe illud, (quod eſt de omni, perſe, & ſecundum quod ipſum,) addidit, (quod perſe, & ſecundum quod ipſum ſunt idem, (ideo eam perficiendo, & ad breuiora reducendo, conatur adinuenire terminum, qui illa duo comprehendat, qui terminus eſt ille (primò) dicit, q; in tex. 37.) Vniuerſale eſt tunc, cũ in quolibet monſtratur & primò, (Eam autem inchoando in principio tex. 36. diſtinguit vniuerſale de quo agit ab alijs vniuerſalibus, & dicit, (Vniuerſale eſt illud quod eſt de omni, perſe, & ſecundum ꝙ ipſum, (per illam particulam) de omni:) diſtinguit vniuerſale de quo agit, ab vniuerſali in eſſendo, cum tale non ſit de omni, per ſecundam particulam, (perſe) diſtinguit illud ab vniuerſali in repræſentando, cum illud non ſit perſe, diſtinguit etiam vniuerſale de quo tractat ab vniuerſali in cauſando, cum tale vniuerſale non conuertatur cum ſuo effectu, hoc autem de quo agit, conuertitur cum ſuo effectu, ob quam etiam particulã diſtinguitur ab vniuerſali in prædicando, quod licet ſit aliquando de omni,

Declaratio diffinitionis vniuerſalis.

&

& perſe, non eſt tamen ſecundum quòd ipſum ſemper, ideſt, non conuertitur ſemper cũ ſuo effectu; Vniuerſale ergo de quo hic agit, tria habet, primò vt ſit prædicatum de omni, ideſt, vt inſit omnibus contentis ſub ſubiecto, vel illis ſaltem quibus debet ineſſe, ac in omni temporis differentia, vel ſaltem quando debet ineſſe; Secundo debet eſſe perſe, in primo, vel in ſecundo dicendi modo perſe; Tertio, debet ineſſe ſecundum quòd ipſũ, ſeu primo, ideſt, debet conuerti cum ſubiecto, & hoc præcipuè intelligatur, ſuſtinendo demonſtrationem erigi tantum in terminis cõuertibilibus; Hoc dico propter illos, qui dicunt demonſtrationem etiam formari in terminis non paribus, ſeù non conuertibilibus, iuxtà quam opinionem, illa particula ( Secundum quod ipſum, ſeù primò ) exponenda eſt prò immediatè; Ex quibus, duo erunt colligenda; primum, quòd nulla propoſitio negatiua poteſt eſſe vniuerſalis, cum vniuerſale illa tria habeat, quæ deficiunt propoſitioni negatiuæ, non enim eſt de omni, nec perſe, nec de primò, vt patet; Secundum quod colligitur, eſt hoc, Nullam propoſitionem negatiuam eſſe perſe, cum omnis propoſitio perſe habeat prædicatum quod eſt, quid eſt ſubiecti, vel è contrà; nulla autem

propoſitio negatiua conſtat ex talibus prædicatis; Si autem alicui hæc concordia non arrideat, poterit alio modo exponere textus duos propoſitos, & liberari ab illa contrarietate dicta; Et dicere, quòd vtrobiq; diffinit vniuerſale, dico vtrobiq; nempè in tex. 36. & in tex. 37. Sed tunc eſt notãdum, quòd in tex. 37. diffinit vniuerſale concluſionum, ſeu quod conuenit propoſitioni, quæ eſt cõcluſio, at in tex. 36. diffinit vniuerſale præmiſſarum, ſeu quod conuenit propoſitioni vniuerſali ſimpliciter; Et hæc expoſitio ſatis rationabilis eſt, cum aliquis poſsit quærere de hoc, an .ſ. concluſio poſsit dici vniuerſalis, de qua concluſione dubitauit Alexander, & videtur quòd non, eo quia in concluſione prædicatum non ineſt ſubiecto ſecundum ꝙ ipſum, ſed meritò præmiſſarũ; Ideò prò euitanda iſta difficultate, dictũ eſt Ariſt. in tex. 37. diffinire vniuerſale, quod conuenit propoſitioni vniuerſali, quæ eſt concluſio, & dicit, (Vniuerſale eſt tunc cum in quolibet monſtretur, & primo,) Senſus quorum verborum eſt, (Vniuerſale eſt quando monſtratur de quolibet,) ideſt quando prædicatum concluſionis enunciatur de ſubiecto, & de omni contento ſub ſubiecto, (Et primò) exponatur altero duorũ modorum prædictorum;

Quid ſit vniuerſale quod conuenit concluſioni.

torum; Quòd hæc expoſitio ſit recta, patet, quia Ariſt. vtitur verbo (mõſtratur) quod ip ſi conuenit concluſioni; Si autem quis obij-ciat, hanc expoſitionem eſſe ſuperfluã, quia nulli dubium eſt, quòd ſi ambæ præmiſſæ ſunt vniuerſales, quòd etiam concluſio erit vniuerſalis, cum cõcluſio ſemper alteri præ-miſſarum aſsimiletur; Sciat ille, hoc non eſſe verum, quo ad omnes cõdictiones, vt 2. Prio-rum docuit Ariſt. quod etiam exemplo de-claratur, nam ambæ præmiſſæ ſunt immedia-tæ, concluſio verò eſt mediata; Quomodo autem illud dictum ſit intelligendum, loco apriori declarabitur, & erit infrà tex. 50. Prò complemento autem eorũ, quæ docuit Ariſt. de ipſo vniuerſali, tria ſuperſunt declarãda; Quorum primum eſt, quotuplex ſit hoc præ-dicatum vniuerſale; Huic difficultati reſpõ-det Alpharabius, cui ſubſcripſit Themiſtius Cap. 12. Et ambos impugnat Auerroes Com. 36. Tria dicunt eſſe genera huius prædica-ti, quorum alterum vocãt primum, & propriũ, ſeu conuertibile, ſub quo continentur præ-dicata ſumpta à diffinitione, à differentia, & à proprio quarti modi; Alterum vocant primũ etiam, ſed non proprium, ſeu conuertibile, & eſt illud quod immediatè competit ſubiecto & non propter aliud, ſicuti eſt animal, reſpe-

Quotũplex ſit prædicatũ Vniuerſale.

Opinio Alpharabij, & Themiſt.

ctu

ctu hominis, immediatè enim animal conpe-
tit homini; Tertium eſt, quando prædicatum
conpetit ſubiecto, ſed latius patet, q̃ ſubiectū,
licet non latius pateat quàm genus ſubiecti,
vt ambulare reſpectu hominis eſt cõmunius
quàm ſit homo anguſtius verò quàm ſit Ani
mal, cum non inſit cuilibet animali; licet autẽ
Confutatio. Themiſtius nõ acceptauerit hoc vltimum ge-
nus, approbauit tamen primum, & ſecundũ,
ideò Auerroes iure impugnat hanc ſententiã
iſtis rationibus; Primo quia prædicata quæ
ponuntur in primo genere omnia non ſunt
perſe, tertium enim prædicatum nõ conmpe-
tit perſe ſubiecto, nec perſeitate primi modi,
nec ſecundi, quæ tamen perſeitates reqrũtur
ad prædicatum vniuerſale, cum Ariſt. in tex.
dixerit, prædicatum vniuerſale eſſe perſe;
Secundo dixit Ariſt. prædicatum vniuerſale
primò monſtrari dè ſubiecto, ſed illa prædi-
cata nõ primò monſtrantur dè ſubiecto, præ-
dicata enim ſecũdi, & tertij generis neq; pri-
mò conueniunt ſpeciebus ſub eodẽm genere
contentis vt patet, cum iſta prædicata æquè
primò inſint homini, & alijs ſpeciebus ani-
malis; Nec reſponſio quæ ſolet afferri valet,
quia dicunt Ariſt. intelligere primò ex parte
prædicati; Reſponſio namq; hæc eſt contrà
Alpharabiũ, cũ hoc prædicatũ (Animal) pri-
mò

mō competat homini ex parte hominis, & nō animali, ſi enim eſſet primum ex parte prædicati, non eſſet primum ex parte hominis, ſed animalis, cum animal ſecundum ſuam naturā non magis homini conueniat, quàm alijs ſpeciebus; Inſuper, tertium genus non eſt primum ex parte prædicati, licet enim ambulare ſibi appropriet genus quoddam innominatum cui perſe, & primò ineſt, ac cum eo conuertitur, reſpectu tamen vltimarum ſpecierum non eſt primum ex parte prædicati; Vltimò, Ariſt. afferens regulam ad dignoſcēdum prædicatum vniuerſale, dicet, eſſe illud quod primò ineſt ſubiecto, alijs verò ratione ipſius, vt animal non primò ineſt homini, nec ratione hominis ineſt alijs ſpeciebus; Idcircò fuit ſecundus dicendi modus Appolinaris, Pauli Ven. qui dixere, duplex eſſe vniuerſale, aliud ex parte formæ, aliud ex parte materiæ; Vniuerſale ex parte formæ vocant omne ſuperius reſpectu ſui inferioris in recta linea prædicamenti, cum prædicatā omnia ſuperiora ſint formæ per Ariſt. 2. Phy. tex. 28 & 32. Vniuerſale verò ex parte materiæ dicunt eſſe illud, quando aliqua materia, ſeù ſubiectum quod ſe habet vt materia, ingræditur eſſentiam prædicati, ſicq; paſsio reſpectu ſubiecti eſt vniuerſale ex parte Opinio Lati.

materiæ, ſicq; omne prædicatum vniuerſale limitatum erit ad proprias paſsiones, cum in diffinitione illarum ſemper ingrædiantur ſubiecta, & materiæ; Qui modus dicendi non eſt approbandus, cum excludat à prædicato vniuerſali, & primò ipſam diffinitionem, ac differentiam, quæ duo ſunt formæ ſubiectorum, & ſubiecta non ponuntur in eſſentia illorum prædicatorum, Ariſt. autem vniuerſaliter protulit illud eſſe prædicatum vniuerſale, quod eſt de omni perſe, & ſecundum ꝙ ipſum, & quod primo monſtratur, quæ omnia diffinitionibus competunt, ac differẽtijs; Cauſa erroris iſtorum fuit illud verbum (monſtratur) crediderunt enim Ariſtotelem nullũ aliud prædicatum conſtituere vniuerſale, niſi illud quod demonſtratur, quod verbum non ſignificat (demonſtratur) Sed accipitur vt ideſt eſt, quod (ennunciatur; Et hoc maximè eũ intelligendum iuxtà primam expoſitionem ſuperius datam; Dicendum igitur erit cum Auerroe, in hoc com. 36. & 41. & 51 tria eſſe genera prædicati vniuerſalis, in quorum primo ponit diffinitionem, cum prædicatur de diffinito; In ſecundo collocat differentiam, dum prædicatur de genere, vel ſpecie; in tertio conſtituit paſsiones proprias, quæ ſimpliciter, vel disiunctiuè prædicãtur

Impugnatio.

Determinatio vera.

Tres gradus pdicati vniuerſalis.

de ſuis

de ſuis ſubiectis; Quòd iſte modus ſit rectus, patet ex Ariſt. qui vocauit prædicatum illud eſſe vniuerſale, quod eſt ſecundum quod ipſum, quod maximè conuenit tribus prædicatis dictis, immò nullum aliud ab illis tribus eſt ſecundum quod ipſum; Inſuper Ariſtot. dixit perſe eſſe idē quod vniuerſale, at prædicata perſe quæ demonſtrationi inſeruiunt, ſunt abſolutè neceſſaria ex parte ſubiecti, & prædicati, nec alia genera prædicatorum neceſſariorum reperiuntur, præter hæc tria, ergo quod dictum eſt ex ſentētia Auerrois erit verum; Accedit regula quam dabit Ariſtot. Cap. 5 ſubſequenti, qua dignoſcuntur prædicata vniuerſalia, quæ erit, illa prædicata eſſe vniuerſalia, quæ primò ſubiectis inſunt, & ratione illorum alijs, quæ regula tantum conuenit tribus illis prædicatis, ergo tantum tria prædicata erunt vniuerſalia; Minor propoſitio eſt ſatis nota, cum diffinitio, & differentia non conueniant perſe primò indiuiduis, vel ſpeciebus, ſed generibus, vel ſpeciebus, & ratione illorum ipſis indiuiduis, tria igitur tantum erunt genera prædicati vniuerſalis; Secundum quod ſe offert conſiderandū circā naturam iſtius prædicati vniuerſalis eſt hoc, An prædicatum vniuerſale poſſit formaliter participari non participato ſubiecto, exēpli gratia

An prædicatum vniuerſale poſſit formaliter participari, non participato ſubiecto;

gratia; An rationalitas poſsit conuenire alicui, non participata natura hominis formaliter; Cardinalis Caetanus fuit iſtius opinionis prædicatum vniuerſale poſſe formaliter participari ab aliquo ſubiecto, non participato illo formaliter, ſed tantum participatiuè, & ideò declarat regulam datam ab Ariſtot. in Cap. ſubſequenti .5. qua dignoſcitur prædicatum vniuerſale, quæ eſt, illud prædicatum eſt vniuerſale quod primò conuenit ſubiecto, & ratione ſubiecti participati formaliter ineſt alijs; Comprobat hanc ſuam opinionem ex ſententia Diui Thomæ in .2. contrà Gentiles Cap. 15. qui voluit hoc prædicatũ( eſſe) conpetere ipſi Deo vniuerſaliter, ſeu primò, ac ſecundum quod ipſum, cæteris verò participatione ipſius, ita ꝙ hoc prædicatum( eſſe) formaliter conuertatur cum Deo. Creaturis verò inſit non participato ſubiecto formaliter cui prædicatum illud ineſt, ſed participatiuè; Addit, huius generis eſſe omnes proprietates Metaphyſicas, quæ ſunt tres, Vnum, bonum, verum, quæ conuertuntur cum diuino eſſe, inſunt q; formaliter rebus creatis, licet Deus formaliter ipſis non inſit, ſed participatiuè; Hanc Caietani ſententiam falſam eſſe probo, ſi enim prædicatum primum poſſet compere-

Opinio Caiet.

Contra Caiet.

re alicui enti formaliter non participato ſubiecto, ſequeretur quòd diffinitio, & differentia poſſent competere alicui formaliter, non participato formaliter ſubiecto illo, cuius eſt diffinitio, & differentia, conſequens eſt falſum, ergo & illud ex quo ſequitur, nempè antecedens illud, in quo admittitur prædicatum primum participari formaliter, non participato ſubiecto formaliter; Nequè apparet ratio aliqua diuerſitatis prædicati primi, à diffinitione, & differentijs, & proprijs paſsionibus, ſi enim ea non poſſunt formaliter competere non participatis formaliter ſubiectis; nec ergo, & illa; Inſuper omnia exempla quæ dat Ariſtotéles de prædicato primo, & quæ dant omnes interpraetes ſunt de prædicatis, quæ inſunt alijs participato formaliter ipſo ſubiecto, ſicut hoc prædicatum (habere tres angulos,) ineſt yſocheli, & ſcalenon, participato tamen formaliter triangulo; Præterea, decipitur Caietanus in ſuo exemplo, cum enim inquit, eſſe, vnum, bonum, verum, formaliter à creaturis participari, hoc eſt falſum, benè verum eſt creaturis ineſſe attributa diuina participatiuè tantùm, & eadem eſt ratio attributorum, & diuinæ eſſentiæ, ſicut enim

diuina

diuina eſſentia non competit formaliter ipſis creaturis, ſic nec attributa formaliter ſunt in creaturis; Et hæc etiam forſitan fuit mens D. Thomæ, nempè attributa diuina participatiuè creaturis competere; Quare concludendū eſt, prædicatum primum numquàm alicui tertio conuenire, niſi etiam ſubiectum cui cōuenit illud prædicatum illi conueniat; Et hoc volens Ariſt. ſignificare dixit, tale prædicatum eſſe ſecundum quòd ipſum, ſeù ſecundum quod tale, quia non poteſt à ſubiecto ſeparari; Tertium, & vltimum quod eſt ad notandum, circà hoc caput quartum, ac circà tres conditiones, quibus gaudent propoſitiones neceſſariæ, eſt hoc; Quæ illarum trium conditionum ſit nobilior, ac magis conferens neceſsitati præmiſſarum demonſtrationis, an prædicatum de omni, an prædicatum perſe, an prædicatum vniuerſale; Non eſt recedendum à ſentētia Auerrois in ſuo quæſito quarto, ſeù Epiſtola quarta, quam inſcripſit, De primitate prædicatorum, vbi diſputat de cōditionibus requiſitis neceſsitati præmiſſarū demonſtrationis ſimpliciter, & antequàm deueniat ad finem illius Epiſtolæ, cōparat iſtas tres conditiones adinuicem, dicēs; Nobiliſſima harum trium conditionum, & excellentiſsima, & fortiſsima ipſarum circà hanc rem, eſt ipſas

Determinatio.

Cū tres ſint cōditionies requoſitæ propoſitioni neceſſariæ, quæ illarū ſit nobilior.

eſt ipſas eſſe primas ;) Ex quibus colligitur verbis, tertiam conditionem eſſe cæteris nobiliorem ; indè eſt, prædicatum vniuerſale in ſe continere prædicatum de omni, ac prædicatum perſe, cũ omne prædicatum vniuerſale ſit de omni, ſit etiam perſe, Et ſi quis obijceret, cur igitur non prius tractauit de vniuerſali, cum vniuerſale ſit cæteris præſtãtius? Erit dicendum ordinem Ariſt. non eſſe à perfectiori, ſed à communiori, ideò incepit à dici de omni, cum eſſet communius ipſo perſe, ac ipſo vniuerſali, proſequutus eſt demum ſuum ſermonem de ipſo perſe, quia minus cõmune erat prædicato de omni, cõmunius verò ipſo vniuerſali.

*Controuerſ. I. ſuper tex. 38.*

Videbitur alicui Ariſt. eſſe repræhendẽdum de ſuperfluitate in Cap. iſto 5. cum ipſe doceat ea, quæ non ſunt neceſſaria, nec ad bonitatem doctrinæ, docet enim errores contingentes circà vniuerſale, qui autem docet ea, quæ non ſunt ad bonitatem doctrinæ, nec neceſſaria, eſt ſuperfluus, ergo, &c. Attẽdat ille qui ſic ratiocinatur, ꝙ cũ animo eſſet Ariſt. in hoc præsẽti Lib. tradere pfectã demõſtrationis ſciẽtiã, cũq; in vlt. parte Cap. 4. egiſſet de pdicato vniuerſali, ꝙ erat in demõſtratione ipſa maximi momẽti. An Ariſtot. ſit ſuperfluus in Cap. 5.

difficilis q; cognitionis,non cõtentus declaratione de qua ibi in parte dicta, iterum in hoc præſenti Cap. 5. redit ad illud declarandum,& hoc,vt compleat, atq; perficiat eius doctrinam, de quo pertractans; intentio eius præcipua eſt docere modum euitãdi errores circà ipſum contingentes, ſicq; demonſtrationem perfectiſsimam ab omni erroris,& calumniæ vitio docet cõſtituere;idcircò nequaquàm erit ſuperfluus, minorq; propoſitio rationis inductæ erit falſa, cum non tantùm doceat errores circà vniuerſale euenientes,ſed etiam doceat modum euitandi illos, qui euitari minimè poſſunt,niſi ſint prius cogniti; Sed dubitabit ille, an ſit tantum vnus error, qui circà vniuerſale accidit,an ſint plures errores; ratio dubitandi eſt, quia vtrũq; videtur ex textu colligi, In primis namq; textus verbis dicit, ( Plerumq; contingit errare;) ſequitur ergo plures eſſe errores; In verbis verò paulo infrà ſubſequentibus dicit,(Decipimur autem hac deceptione,) cum loquatur in ſingulari,ſequitur quòd tantum ſit vnus error; Eſt aſſerendum vtrumq; poſſe dici, & quòd ſint plures, & quòd ſit vnus tantum error; Eſt vnus inſe,qui accidit circà illam particulam (primò)poſitam in diffinitione prædicati vniuerſalis; qui error cum à

An ſit tantum vnus error,qui accidit circà vniuerſale, an ſint plures;

tribus proficiſcatur cauſis, tunc poſſumus affirmare eſſe plures vno; Sed ſtatim quis ob ijciet, & dicet Ariſt. eſſe dimminutum, cum non doceat euitare errores euenientes circà prædicatum de omni, ac circà prædicatum perſe, & huius cauſam inquiret defectus; Linconienſis dixit Ariſtot. omiſiſſe illos errores qui accidunt circà prædicatum de omni, ac perſe, eo quia rarò contingunt, & hoc etiam affirmauit Themiſtius, à quo fortaſſe accepit Lincon. Sed ſic reſpondentes non ſaluant Ariſt. à diminutione, vt patet; Ideò nõ eſſet forſitan malum dicere Ariſt. illos omiſiſſe, quia erant ſatis manifeſti ex declaratione illorum prædicatorum de omni, ac perſe; Nã declarando prædicatum de omni, colligebatur errorem eſſe, quando prædicatum inerat alicui ſubiecto ſic, alicui non, ſimiliter error erat, quando prædicatum inerat aliquando ſic, aliquando non; qui errores euitabantur, quando prædicatum inerat omni contento ſub ſubiecto, & ſemper; Circà prædicatum perſe, dixit, (Quæcunq; autem neutro modo inſunt, accidentia ſunt;) tunc colligitur modus euitandi errores cõtingentes circà prædicatum perſe, qui modus erit, vt tale prædicatum ponatur in diffinitione ſubiecti, vel è contrà, quòd in diffinitione prædicati ponatur ſu-

Cur Ariſt. non doceat euitare errores circà de omni, ac perſe.

tur ſubiectum, ſicq; tale prædicatum erit perſe in primo, vel in ſecũdo dicendi modo per ſe; idcircò rectè erit dictum, Ariſt. illos tacuiſſe, quia erãt noti, pariter & modus euitãdi illos erat clarus ex dictis ab ipſo Ariſt.

*Controuerſ. 2. ſuper eodem contex. 38.*

An vniuerſale ſit, quod prædicat de pluribus.

VErba hæc habet Ariſtot. (Decipimur autem hac deceptione, quando aut nihil ſit accipere ſuperius præter ſingulare;) In quibus affert primam cauſam erroris, vel primum errorem, qui circa vniuerſale cõtingit, qui eſt, cum ſit tantum vnũ indiuiduũ ſub aliqua ſpecie, & paſsio quæ illi conuenit ſpeciei, ſi demonſtretur de illo iudiuiduo, & non de ipſa ſpecie, tunc eſt error; In quibus verbis videtur Ariſt. ſupponere, dari vniuerſale, ſeũ ſpeciem, quæ tantum vnum habet indiuiduum, quæ ſententia ſi eſt vera, quo modo igitur illud vniuerſale prædicabitur de pluribus? vt ipſe docuit in principio ſecundæ Sectionis Lib. Perhyer; vbi deſcribit vniuerſale; Eſt reſpondendum iuxta Ariſt, verba ibidem adducta, ipſum non dixiſſe, vniuerſale prædicari de pluribus, ſed eſſe aptũ natum prædicari de pluribus; Sed in eiſdem verbis videtur adhuc Ariſt. ſibi cõtradicere hic, & infrà tex. 160. vbi ponit diſcrimen inter demonſtrationem vniuerſalem, & particularem.

Solutio alterius controu.

cularem, & per demonſtrationem vniuerſalem intelligit eam, in qua paſsio primò demõſtratur de ſubiecto, particularẽ illã vocat, in qua paſsio demõſtratur de ſubiecto, ſed nõ primò; in qua non eſſe errorẽ ibidẽ aſſerit, quia ſi adeſſet, illa non eſſet demonſtratio, cuius oppoſitum nunc dicit; Crediderim eſſe dicendum, quòd abſolutè non eſt error, ſed reſpectiuè comparando .ſ. illas demonſtrationes adinuicem; quemadmodum minus calidum reſpectu maioris dicitur frigidum, at abſolutè dicitur calidum.

*Controuer. 3. ſuper eodem contex: 38:*

DVM affert ſecundam cauſam, ſeũ ſecundum errorem circà vniuerſale eueniententem hæc habet verba; ) Vel ſit quidem, ſed innominatũ ſit in rebus ſpecie differentibus; ) In quibus verbis innuere videtur aliquod prædicatum poſſe eſſe notũ de ſpecie, ignotum verò de genere, quòd dictum ſi eſt verum, ſequitur minus vniuerſale eſſe nobis notius, cuius oppoſitum Primo Phyſ. Text. 4. Amplius, ſequitur genus poſſe eſſe ignotum, ſpeciebus exiſtentibus notis, quòd tamen eſt falſum, cum genus, & differentiæ ſint ipſa ſpecie notiores; ponuntur enim in diffinitione ſpeciei.

An aliq pdicatũ poſsit eſſe notum de ſpecie ignotum vero de genere.

Dicerem genus eſſe notius ipſis ſpe-

 ciebus,

ciebus, ſi in ſe conſideratur, ac in ſui natura, ſeù vt eſt abſtractum ab ipſis ſpeciebus; quatenus verò genus trahit originē ab ipſis, ſic eſt ignotius, ſicq; loquitur de genere, ſeù de vniuerſali hic; at primo modo loquutus eſt de genere, ſeù de vniuerſali in Primo Phy. textu præcitato.

*Controverſ 4. ſuper eodem contex. 38.*

An detur vniuerſale quod actu ſit in omnibus eius inferioribus:

VEl contingat eſſe vt in parte totum;) Hæc ſunt verba textus; Quæ verba Themiſt. exponens ait, Ariſt. ponere tertium errorem, ſeù tertiam erroris cauſam, quæ talis eſt; Cum ſit aliquod vniuerſale nominatum, quod actu ſit in omnibus ſuis inferioribus, paſsio autem quæ illi conuenit, ſi demonſtretur de illis inferioribus, & non de illo vniuerſali, tunc eſt error; Quæ ſententia ſi ſit ad mentem Ariſt. habet difficultatem, cum nullum reperiatur vniuerſale quod actu ſit in omnibus ſuis inferioribus, natura enim ſpecifica poteſt eſſe ſub infinitis ſingularibus, nūquàm tamē erit actu ſub infinitis ſingularibus, quia ſi ſic, tūc ſequeretur dari infinitum actu, quod eſt impoſsibile, & ab Ariſt. 3. Phy; ac Primo Cœli reprobatum; Poſſet primo dici, illud intelligi de vniuerſali, quod eſt genus, quod ſubſe habet determinatas ſpecies, inquibus actu ineſt, & non de vniuer-

ſali

ſali quod eſt ſpecies, quæ immediatè ſubſe continet indiuidua, inquibus eſt procedere in infinitum; Vel ſi hoc dictum intelligatur etiam de vniuerſali quod eſt ſpecies ſpecialiſsima, poſſet dici illam eſſe in omnibus, id eſt in pluribus; Vel ſi eſt in omnibus, erit dicendum, hoc eſſe ſucceſsiuè, ſicq; ſi illa ſunt infinita, illud fiet per infinitum tempus ſucceſsiuè; Vel poſſumus dicere, ſpecciem inueniri in omnibus inferioribus, inquibus poteſt inueniri ſimul in eodem tempore; non autem in omnibus inferioribus in quibus abſolutè poteſt inueniri.

*Controuerſ. 1. ſuper tex. 40.*

Habet hæc verba Ariſt. (Et ſi triangulus non eſſet aliud quàm yſocheles,) In quibus verbis videtur Ariſt. concedere, genus poſſe ſaluari in vnica tantum ſpecie; Similiter, & ſpeciem ſaluari in vnico tãtum indiuiduo; Cuius oppoſitum in Prædicab. docuit Porphy; deſcribendo enim genus dixit, ipſum prædicari de pluribus ſpeciebus differentibus, pariter deſcribẽdo ſpeciem, dixit, ipſam prædicari de pluribus differentibus numero; In Cap. de Specie, verſus finem dicebat, (Exiſtente vno genere, ſpeciebus verò pluribus, (Addebat( ſemper enim diuiſio generis in plures eſt ſpecies; (Ex qui

An Genus poſſit ſaluari in vnica tantũ ſpecie.

bus dictis apertè colligitur, Genus ſemper multas exigere ſpecies; Dicendum erit ꝙ in eſſe naturali non eſt incōueniēs id quod videtur affirmare Phyloſophus in parte præſenti, vt patet de phenice, & de ſole, & luna, & alijs Cœleſtibus ſpeciebus; At genus, & ſpecies ſi conſiderentur ſecūdum eſſe quod habent in intellectu, id quod ſuprà eſt conceſſum, illis repugnat, cū neceſſe ſit, illa habere rationem vniuerſalis, & per conſequens multa ſubſe continere.

*Controuerſ. 2. ſuper eodem contex. 40.*

An commutata ꝓpoſitio cōpetat lineis ſecūdū ſe, et ſimiliter alijs.

Dicit Ariſt; (Non enim ſecundum ꝙ lineæ, aut ſecundum ꝙ numeri inerat hoc, ſed ſecundum ꝙ hoc, quod vniuerſale ſupponunt eſſe;) In quibus verbis negat commutatam proportionem couenire lineis ſecundum ꝙ lineæ, numeris pariter vt numeri ſunt, & ſic de reliquis, de quibus ſuprà in principio iſtius contextus, ſed affirmat talem paſsionem illis conuenire ratione ſuperioris, quod ſupponebatur eſſe innominatum; Huius autem oppoſitum, nempè illā paſsionem vnicuiq; illorum cōuenire ratione ſui, paulò ſuprà viſus eſt concedere, in illis verbis, (Nunc autem vniuerſaliter monſtratur;) Niſi ſit ꝙ ibi loquebatur iuxtà mētem illorum qu credunt tunc ſe demōſtrare vniuerſaliter

vniuerſaliter, in vltima verò parte tex. pcitata, ſit loquutus ſecũdũ opinionẽ ꝓpriã.

*Controuerſ. ſuper tex. 43.*

Ponit regulã qua cognoſcere valemus, qñ quis demõſtrat vniuerſaliter, & quando nõ; Et qua euitare etiã valemus errores circà vniuerſale eueniẽtes, quæ eſt talis; q̃ accipiatur ſuperius & inferius cõtẽtũ ſub ipſo ſuperiori, demũ cõſideretur ad cuius ablationem auferatur paſsio illa, illi competet primò, ſeũ vniuerſaliter ad cuius remotionẽ talis remouetur paſsio; Quæ regula videtur eſſe inſufficiens, & per cõſequens Ariſtot. diminutus, cũ per eã nõ valeamus euitare primũ errorẽ, ſeũ primã erroris cauſã; Similiter nec ꝑ eã ſubterfugere licet ſecundam erroris cauſã, ſeũ ſecũdum errorẽ; Declaratur vtrũq;, prima errandi cauſa non euitatur, quæ erat (quãdo non licet accipere aliquod ſuperius præter ipſum ſingulare, &c.) quia regula illi non aptatur, vt patet, cum enim tantum ſit vnum ſingulare, quomodo poterimus accipere ſuperius, & inferius, & conſiderare ad cuius ablationem talis auferatur paſsio? equidem hoc erit impoſsibile, cum inquàm vnum ſit tantum ſingulare; Nec per eam euitatur ſecundus error, cum enim illud vniuerſale pluribus conueniens, ſit in-

An regula Ariſt. qua docet euitare errores circà vniuerſale, ſit ſufficiens.

ſit innominatum, quomodo tunc erit poſsibile illud accipere? cum inquàm illud ſit innominatum; Adde, quòd Ariſtot. non docet euitare errores contingentes in terminis conuertibilibus, ſi enim ſint plures termini, qui adinuicem reciprocēt, quomodo quis cognoſcere poterit cui primo illorum talis conueniat paſsio, cum æqualiter quilibet ipſorum tali gaudeat paſsione, illaq; pariter auferatur ad ablationem cuiuslibet ipſorum; Inſufficiens igitur erit talis regula, ac Ariſt. diminutus; Themiſt., Ioannes Gram. videntur dicere, Ariſt. tantum docere modum euitādi tertium errorem, ſeù tertiam errandi cauſam; Quod dictum non placet, quia nō video cauſam, cur magis doceat euitare illū, quàm alios duos; Cum etiā ſic ſoluendo, non ſaluetur Ariſt. à vitio prædicto; Ideò dicerem, regulam eſſe vniuerſalem, ac per eam nos euitare omnes errores, ſeù errandi cauſas, & primæ aptatur, ſupponendo plura indiuidua ſub illa eſſe ſpecie, vt exempli gratia, ſub ſole, plures eſſe ſoles, tunc cognoſcitur quòd eſſe lucidum, quæ eſt eius paſsio non competit huic ſoli primò, ſeù vniuerſaliter, eo quia ad ablationem huius ſolis non aufertur paſsio dicta eſſe lucidum, quæ tamen remouetur, ſi auferatur ipſa ſpecies, ſeù ipſum ſuperius; Sed dicet

Solutio Them. & Ioan.

Confutatio.

Solutio propria.

Inſtantia.

cet

cet ille, ſupponere ſub ſole eſſe plures ſoles, ſeũ plura indiuidua, eſt impoſsibile, ergo reſponſio data erit falſa, cum innitatur in fũdamento falſo, ac impoſsibili; Eſt ſciendũ caſus impoſsibiles in doctrina Ariſt. admittendos fore, quotieſcunq; ex illis pendet veritas concluſionis ſuſtinendæ, at ſi è contrà ſit, ꝙ repugnent veritati concluſionis tuendæ, nequaquàm; Et ideò Ariſt. 2. huius tex. 7. dicebat, (Si quis eſſet ſuprà lunam, inſimul cognoſceret ſi eſt, & quid eſt;) ibi ſupponit hominem eſſe ſuprà lunam; quia ex tali ſuppoſito manifeſtabat ſui dicti veritatem; Similiter 2. Cæli tex. 13. ſic quoq; in propoſito dicemus, quòd licet ſol tantũ ſit vnicus, poſſumus tamen ſupponere ſub ſe habere plura indiuidua, & hoc non erit inconueniens, cum ex tali ſuppoſito manifeſtetur regula Ariſt.; Euitamus etiam ſecundum errorem, quia licet illud vniuerſale ſit innominatum, cognoſcimus tamen talem paſsionẽ non primò conuenire illis ſpeciebus, cum talis paſsio nõ remoueatur ad illarum ablationem, ſicut ipſe exemplificat de commutata proportione demonſtrata de lineis, & de alijs, de quibus in textu; Adhuc tollitur inſtantia de terminis coæqualibus, cum ſit impoſsibile illos terminos conuertibiles æqualiter tali ſubijci

*Solutio.*

*Quõ liceat admittere caſus impoſsibiles.*

paſsioni,

paſsioni ſubijci, & per conſequens ſit impoſsibile talem paſsionem remoueri æqualiter ad ablationem cuiuslibet illorum.

*Contrcuerſ. ſuper tex. 44.*

An accidētia ſit neceſſaria.

ACcidentia non eſſe neceſſaria affirmat Ariſt. in vltimis verbis tex. 44; Cui dicto ratio obſtare videtur, cum albedo neceſſariò inſit niui, nigredo coruo; quæ tamen accidentia ſunt, igitur aliqua accidentia neceſſaria videntur; Huic difficultati Themiſt. ſatisfacit, præmittendo hanc diſtinctionem, duplex eſſe accidens neceſſarium, aliud ſimpliciter, aliud ſecundum quid, Accidens neceſſarium ſimpliciter eſt illud, quod omnibus quibus ineſt, neceſſario ineſt per illius naturam, queadmodum eſt accidens hoc, (riſibile) omnibus enim quibus ineſt, neceſſario ineſt, quæ accidentia ſunt perſe neceſſaria. ſ. ſimpliciter, & de his Ariſt. non loquitur, Accidens neceſſarium ſecundum quid eſt illud, quod omnibus quibus ineſt non neceſſario ineſt, cuiusmodi eſt albedo, & nigredo, hæc enim non omnibus quibus inſunt, neceſſario inſunt, nam ſi albedo ineſt parieti non neceſſario illi ineſt, ſic q; accidentia aliqua erunt neceſſaria .ſ. ſecundum quid

Solutio.

quæ

quæ tamen negat Ariſt. eſſe neceſſaria ſcilicet ſimpliciter; Fortaſſe tamen non eſſet malum dicere, huiuſmodi accidentia de quibus data eſt inſtantia, minimè eſſe neceſſaria, eo quia intellectu poſſunt ſeparari à ſubiecto, ſubiectumq; poteſt intelligi cum oppoſito illius, vt docuit Porphyr. in Cap. de Accidenti; Accidentia autem quæ verè ſunt neceſſaria nequaquàm à ſubiecto ope intellectus poſſunt ſeparari, nec natura ſubiecti poteſt intelligi cum oppoſito illius prædicati, vt homo non poteſt intelligi cum oppoſito riſibilis, quod eſt quòd homo non ſit riſibilis, nec riſibile poteſt ſecundum intellectum remoueri ab homine, & tunc ſoluitur de facili ratio adducta.

*Controuerſ. ſuper tex. 45.*

IN fine iſtius contextus affirmat Ariſt. proprium eſſe demonſtrationi ex neceſſarijs conſtare; Cui dicto obſtare videtur ratio deſumpta ex authoritate Porphy. in Cap. de Proprio, vbi inquit, Proprium quod propriè dicitur proprium, vni, ſoli, & ſemper conuenire; at procedere ex neceſſarijs, non ſoli conuenit demonſtrationi, ſed etiam alteri à demonſtratione, competit enim ſyllogiſmo, cum ipſe Ariſtot. in Primo Priorum doceat conſtituere ſyllogiſmum ex amba-

An procedere ex neceſſarijs ſit proprium ſolius demonſtrationis.

ambabus de neceſſario; Inſuper ſunt multi ſyllogiſmi qui procedũt ex neceſſarijs, qui tamen non ſunt demonſtratiui, queadmodũ ſunt illi ſyllogiſmi qui procedunt ex effectibus, vt ſi quis probaret ignem eſſe, quia adeſt cinis; ſimiliter & mulierem peperiſſe, eo quia habet lac in mamillis, qui tamen nõ ſunt demonſtratiui, cum non procedant ex cauſis; Solutio eſt hæc, Propoſitionem neceſſariam in duplici eſſe diſcrimine, nam alia eſt neceſſaria ſimpliciter, alia verò eſt neceſſaria ſecundum quid; Propoſitio neceſſaria ſimpliciter, eſt neceſſaria perſe, ac demonſtratiuè, eo quia includit prædicatum quod ineſt ſubiecto nexu indiſſolubili, quod fieri nequit ſine perſeitate, quod neceſſariũ ſimpliciter impoſibile eſt vt non ſit perſe; Econtrà ſe habet propoſitio neceſſaria ſecundum quid, de prima eſt intelligendus ſermo Ariſt. dicentis, proprium demonſtrationi eſſe, procedere ex neceſſarijs, ſubintelligas, ſimpliciter, ſed ex neceſſarijs perſe, Neceſſariũ verò ſecundum quid ſyllogiſmo etiam conpetere poteſt.

An mediũ cõtingens poſſit eſſe cauſa efectus neceſſarij.

*Controuerſ. ſuper tex. 48*

INquit Ariſt. (concluſionem neceſſariam per medium contingens non ſciri propter quid eo quia medium contingens nõ

poteſt

poteſt eſſe cauſa effectus neceſſarij, cum id quod eſt contingens poſsit non eſſe; Contra quod Ariſt. dictum eſt ratio communiter adducta hæc; Mors eſt effectus neceſſarius, cuius tamen cauſa eſt contingens, exẽpli gratia, vulnus; Omiſsis ſolutionibus datis ab Ægidio in re hac ſatis clara dicerem ꝙ mors dupliciter conſideratur, vno modo in vniuerſali alio modo in particulari, primo modo eſt neceſſaria, cauſæ q́; eius ſunt neceſſariæ, at ſi ſecundo modo accipiatur eſt contingens, ſicq́; habet cauſam contingentem. ſ. vulnus, vel quid aliud; Vel forſitan non ſit malum dicere, aliud eſſe ꝙ quid ſit cauſa effectus neceſſarij, aliud verò eſſe, ꝙ quid ſit cauſa ꝙ effectus ſit neceſſarius, contingens poteſt eſſe cauſa effectus neceſſarij, vt vulnus poteſt eſſe cauſa equi mortui, quæ eius mors poſt q̃ eſt facta, eſt neceſſaria; Contingens tamen nõ poteſt eſſe cauſa ꝙ effectus ſit neceſſarius, vt vulnus, non ſemper eſt cauſa ꝙ equus moriatur; Adde, ꝙ ſi contingens poſit eſſe cauſa effectus neceſſarij, ꝙ hoc eſt per accidens, nõ autem per ſe, cum verò cauſæ per accidens nõ ingrediantur demonſtrationem, ſed tantum modo cauſæ per ſe, ideò quod eſt contingens numquàm demonſtrabit id quod eſt neceſſarium, prima tamen ſolutio eſt facilior.

Con-

*Controuerſ.1.ſuper tex.49.*

**An conditiones requiſitę adhoc ꝙ quis habeat ſcientiã, poſitæ ab Ariſt in hoc text.49. ſint veræ**

VErba Ariſt.ſunt hæc, (Præterea ſi aliquis non ſciuit nunc habens rationem, &c.) Per quæ textus verba, manifeſtè colliguntur conditiones requiſitæ adhoc ꝙ quis habeat ſcientiam, quæ ſunt tres; vt salua ſit res cognita, ſalum ſit cognoscens, ſalua ſit & ratio, quarum altera deficiente, deficit etiã ſcientia, quæ de tali re habetur; Non addo quartam, videlicet ꝙ non cadat obliuio, quia hæc ſub tertia continetur, ſi enim non ſit ſalua ratio, ſeu cognitio, tunc aderit obliuio; Quæ tres conditiones non videntur habere veritatẽ, nẽpè quòd ſciẽtia deſtruatur, vna illarum deficiente; Et primò adeſt ratio contrà primam conditionẽ, nulla enim roſa exiſtẽte, pariter nulla pluuia, adhuc tamen de illis eſt ſcientia, non ergò verum eſt, ꝙ deficiente re cognita, deficiat ſcientia; Adhuc non eſt verum, ꝙ corrupto cognoſcente, corrumpatur ſcientia, cum ratio dictet oppoſitum, nullo enim cognoſcẽte exiſtente, dicamus nullo homine, adhuc tamen eſt ſcientia, eo quia remanẽt habitus, ac ſpecies intelligibiles in anima ipſarũ, anima .n. eſt locus ſpecierũ intelligibilium, teſte Ariſt.3 de Ani.tex.6; Adhuc tertia conditio videtur deficere, eo quia de vna, & eadem concluſione poteſt haberi

ſcientia

cientia per plures rationes, quarum vna ſi deficiat, ob hoc non deficiet ſcientia quæ de illa concluſione habetur, vt ſatis clarè cōſtat; Quæ omnes inſtantiæ tolluntur, habito vero verborum Ariſt. intellectu; Cum enim dicit Ariſtot. deficiente ſcibili, deficere quoquè ſcientiam, ſenſus verborum eſt, quod deficiente ſcibili, ita quòd actu, nec potentia remaneat, tunc aufertur ſcientia, at ſi ſcibile deficiat actu, potentia verò remaneat, minimè ſciēntia demitur, tunc patet ſolutio ad argumentum; Secundæ inſtantiæ facilis eſt ſolutio, ſi quis velit tueri in via Ariſtotelis opinionē Alexandri falſam, quòd anima rationalis non ſit à corpore ſeparata, (dico falſam in via Ariſtot.) quia oppoſitum ſenſiſſe Ariſt. declaraui in Lib. meo de immortalitate animæ, ac eiuſdē pluralitate ad mentē Ariſt. qui .n. hanc opinionē falsá aprobaret, negaret ꝙ nullo homine exiſtente, adhuc remaneāt ſpecies intelligibiles, & ꝑ conſequēs ſciētia ipſa; Omiſſa itaq; opinione iſta falſiſſima, ſuſtinēdoq; ſecūdū rei veritatē, ac ſecūdū Ariſt. doctrinā animæ rōnalis ſeparationē, ac eiuſdē multiplicationē, adhuc ſolutio ē facilis; negādo remanere ſpecies ītelligibiles, nullo homine exiſtente, & ratio negationis eſt, quia nec remanent phantaſmata, quæ phan-

taſmata neceſſe eſt intelligentem ſpeculari, ideo nec remanebit ſcientia; Cum verò dicit Ariſt. quòd ſi deficiat ratio, deſtruitur ſcientia, addas (quæ ſcilicet ex illa ratione pēdet) Si igitur vna, & eadē cōcluſio pluribus ſciatur rationibus, & vna illarum deficiat, nō deficiet ſcientia illius concluſionis ſimpliciter, & abſolutè, ſed deficiet ſcientia, quæ pendet ex illa ratione.

*Controuerſ. 2. ſuper tex. 49.*

An concluſio ſēper aſsimilē alteri præmiſſarū.

DIcit Ariſt. (Quando quidē igitur concluſio ex neceſsitate ſit, nihil ꝓhibet medium non neceſſarium eſſe propter quod monſtratum eſt,) Exponas particulam (monſtratum) ideſt ſyllogizatum, & hæc expoſitio colligitur ex verbis ſubſequentibus; In qua tex. particula clarè aſſerit Ariſt. concluſionem neceſſariam ex ambabus præmiſſis cōtingentibus ſyllogizari, quemadmodū & concluſio vera ex vtriſquè falſis ſyllogizatur; Cuius oppoſitum dixit ipſe Ariſt. ſæpius Primo Priorum, Secto. 3. dicens, concluſionem ſemper aſsimilari alteri præmiſſarum; qua ſententia ſtante, falſum erit id quod dicit in præſenti textu, ſi enim ambæ præmiſſæ fuerint contingētes, concluſio verò neceſſaria, cui præmiſſarum concluſio aſsimilabitur? nulli profectò; ſimiliter ſi ambæ præmiſ-

ſæ fuerint falſæ, concluſione exiſtente vera, cõcluſio nulli aſsimilabitur, vt clarè conſtat; In hac re variæ ſunt interpretum ſententiæ; Multi Latinorum dixere dictum Ariſt. Primo Priorum loco citato eſſe verum de ſimilitudine quo ad qualitatem,& quantitatem, ac tantum in prima figura,in ſyllogizationeque directa,(quo ad quantitatem dicunt,) quia ſi altera præmiſſarum erit particularis, ſimiliter, & concluſio erit particularis, ( quo verò ad qualitatem, ) quia altera præmiſſarũ exiſtẽte negatiua,pariter concluſio erit negatiua,Addunt, ( in prima figura tantum ) propter tertiam figuram,in qua cõcluſio particularis infertur ex ambabus vniuerſalibus, Addunt ẽt (in ſyllogizatione directa,) propter ſyllogiſmos indirectè concludentes, ſicut eſt Baralipton,& alij quatuor ſubſequentes modi, qui omnes concludunt indirectè; Quæ Latinorũ ſolutio non videtur eſſe approbanda, quia vltrà hoc,quod multiplicant limitationes, vt verificent illam propoſitionem,adhuc tamen non ſoluant Ariſt. nec euitant contradictionẽ, quia Ariſt. dum profert talem propoſitionẽ, dicit,Cõcluſio ſemper aſsimilatur alteri præmiſſarum, apponens particulã (ſemper) reddit propoſitionem vniuerſalẽ, at ipſi eam limitant in prima figura tantum; Auer. Cum
Solutio Lat.
Impugnatio.

Solutio Huer et Io.Grã. magna Com. 49. ac Ioan. Gram. dicunt, Concluſionem ſemper aſsimilari alteri præmiſſarum per ſe, at per accidens ſtat quòd nulli ſit ſimilis; Qui ſic dicentes, adhuc non euadunt contradictionem, cum in tertia figura concluſio particularis inferatur ex vtriſquè vniuerſalibus, non tamẽ per accidẽs, ſed per ſe: Ideo

Confutatio. pro veritate habenda eſt notandum, concluſionem diuerſimodè à præmiſsis poſſe inferri; vel enim infertur à præmiſsis ratione ipſarummet præmiſſarum, vel ratione formæ ſyllogiſticæ, vel infertur ratione terminorum: Si itaq; concluſio inferatur à præmiſsis, ratione ipſarum met præmiſſarum, ſic cõcluſio alteri illarum ſemper aſsimilabitur, & in quacumq; figura, ac in quocumque modo, ſicquè dictũ illud eſt vniuerſale, & verum, at ſi concluſio ſequatur ex præmiſsis ratione formæ ſyllogiſticæ, ſtat quòd nulli illarum ſit ſimilis, ſicq; eſt in propoſito, ex ambabus enim contingentibus, vel falſis, ratione formæ ſyllogiſticæ infertur concluſio neceſſaria, ac vera: Sic quoquè erit, ſi cõcluſio inferatur ratione terminorum ex præmisſis, vt dilucidè patet ex Ariſt. Primo Prior. qui cõſtituit ſyllogyſmos ex terminis omni, vel nulli ineſſe, licet tales ſyllogiſmi ab ipſo vocentur inutiles; ſed adhuc imminet difficultas notata à Io. Gram.

Determinatio.

in particula textus prædicta, in qua vult Ariſtoteles præmiſſas contingentes non ſolum inferre concluſionem contingentem, ſed etiam neceſſariam: Contrà obijcit ipſe, imò quælibet concluſio eſt neceſſaria, vt conſtat ex diffinitione ſyllogiſmi, quæ eſt, quòd ſit oratio, in qua quibuſdam poſitis, de neceſsitate ſequitur aliud, ideſt concluſio: Rectè diluit ipſe Ioannes hanc difficultatem, & notat, aliud eſſe, concluſionem ſequi ex neceſsitate, & aliud concluſionem eſſe neceſſariam: Concluſionem ſequi ex neccesſitate, eſt aliquibus ſupoſitis ipſam inferre, Concluſionem verò eſſe neceſſariam eſt, ipſam eſſe in materia neceſſaria, quæ ſcilicet ſemper eodem ſe habeat modo: Erit concedendum, quālibet concluſionem eſſe neceſſariam primo modo, cum quælibet ex duabus præmiſsis præacceptis inferratur ex neceſsitate, non autem ſecundo modo, cum quælibet non ſit in materia neceſſaria, & ad iſtum ſenſum loquitur Ariſt. in præſenti parte, dum vult, præmiſſas contingẽtes ne dum inferre concluſionem contingentem, ideſt, quæ ſit in materia contingenti, ſed etiā concluſionem neceſſariam, ideſt quæ eſt in materia neceſſaria, ac ſemper eodem modo ſe habente.

An ſit verũ præmiſſas cõtingẽtes īferre cõcluſionẽ, tum cõtingẽtẽ, tum neceſſariã.

*Controuerſ ſuper tex. 51.*

*An ex medio cõtingenti poſsit ſciri concluſio neceſſaria, ſaltem quo ad q͂a eſt.*

EPilogando inquit,(quoniã igitur quod ſcitur demonſtratiuè:oportet ex neceſſitate ineſſe, manifeſtũ quod & per medium neceſſarium oportet habere demõſtrationem,aut nõ ſciet neque propter quid, neque quod neceſſe eſt illud eſſe,)Cuius oppoſitum habet in 2. Prior. Capit. 2. vbi inquit, (falſum ex veris colligi, non tamen propter quid,ſed quia) pariter ergo, & concluſio neceſſaria ex cõtingentibus poterit colligi quo ad quia, Quòd & ratione poteſt confirmari, Concluſio enim hæc,omnis homo eſt rationalis,eſt neceſſaria, quæ tamẽ colligitur p præmiſſas contingentes.nempè per has,omne riſibile eſt rationale, omnis homo eſt riſibilis, ergo omnis homo eſt rationalis,quæ præmiſſæ ſunt contingentes,eo quia non ſunt impoſſibiles,valet conſequentia, quia impoſsibile, & contingens opponuntur contradictoriè, ſi igitur nõ ſunt impoſsibiles,vt patet, erunt igitur contingentes; Soluitur hæc contradictio p̃miſſa hac diſtinctione, aliud eſſe ſcire aliquid ex medio contingenti, & aliud eſſe, inferre aliquid ex medio cõtingenti: ſcire concluſionem neceſſariam ex medio contingenti, eſt impoſsibile, ſimiliter cõcluſionem veram ex medio falſo,tam quo ad propter quid,quã

ad

ad quia.& ſic loquitur in præſenti Ariſt.poſſumus tamen inferre concluſionem neceſſariã ex medio contingenti, pariter & concluſionẽ veram ex falſis, ſicquè loquutus eſt Ariſt.2. Prior. Quo vero ad rationem, error illius ſtat in illa particula (contingens) quæ dupplicitèr accipitur, vno modo vt idem eſt quod neceſſarium, ad quem ſenſum eſt admittendum illas propoſitiones eſſe cõtingentes, ideſt neceſſarias, quod contingens ſic acceptum nequaquàm contradictoriè opponitur ipſi impoſſibili; Alio modo accipitur cõtingens prò vero contingenti, quod ipſi neceſſariò cõtrà diſtinguitur, quo modo præmiſſæ illæ non ſunt contingentes.

*Controuerſ. ſuper tex. 52.*

Sententia Ariſt. in iſto textu ſecundũ Expoſitores Græcos eſt, ipſum remouere à demonſtratione quædam accidentia, quæ neceſſario videntur ineſſe ſubiecto, at verè nõ inſunt, vt albedo reſpectu cygni, quia hæc accidentia contingunt non ineſſe, quam eamdem ſententiam ſuprà in fine textus 45. habuit, ſub alijs tamen verbis dicens, (Accidentia nõ ſunt neceſſaria,) Cui ſentẽtiæ ratio obſtare videtur, Quod enim impoſſibile eſt nõ ineſſe, ex neceſſitate ineſt, at accidentia illa inſeparabilia licet ſint communia, impoſſibile

An accidentia inſeparabilia neceſſario inſint ſuis ſubiectis.

le eſt non ineſſe ſuis ſubiectis, ergo ex neceſſitate illis inerunt; Propoſitio maior eſt clara ex Ariſt. Quarta Sect. Perhyer. vbi doces con ſequentias modalium enunciationum, docet, impoſsibile per negationẽ poſt poſitã æquipollere ipſi neceſſario, Minor propoſitio etiã eſt cõſpicua, cum talia accidentia ſemper ſuis inſint ſubiectis; igitur impoſsibile erit talia illis non ineſſe; ergo de neceſsitate inerunt: Ioannes Gramm. difficultatem hanc diluit in expoſitione iſtius textus, nec recedit à Porphyrio in Cap: de Accidenti, vbi aſſerit huiuſmodi accidẽtia inſeparabilia, & ſi ſemper inſint ſubiectis, non tamen ex neceſsitate, eo quia intellectu poſſunt ſeparari ab illis, ſubiectumque ẽ illorum poteſt intelligi cum oppoſito illius, at accidẽtia quæ de neceſsitate inſunt ſubiectis, nequaquàm poſſunt intellectu ab illis ſeparari, nec eorum ſubiecta poſſunt cum oppoſito intelligi, quemadmodũ eſt riſibile reſpectu hominis, q illi adeò ex neceſsitate ineſt, quòd intellectu ſeparari ab homine minimẽ poteſt, nec homo poteſt intelligi cum oppoſito riſibilitatis, ſicut etiã ſuprà in ſolut. controuer. ſuper tex. 44. fuit declaratũ; Habet adhuc Ioannes hæc verba in ſuo Comment, (Et aliter ſi æthiopi, & coruo inſeparabiliter ineſt nigredo, alijs tamen adeſ-

Solutio prima Ioannis.

ſe

ſe, & abeſſe apta nata eſt, ) Ex quibus colligitur verbis alia ſolutio, quæ eſt, quòd huiuſmodi accidentia nō ſunt neceſſaria, & dicuntur poſſe ſeparari, eo quia omnibus quibus inſunt, neceſſario non inſunt, nec inſeparabiliter; Quæ ſolutio fuit etiam Themiſt. hic in Cap. decimo quarto. Solutio 2. Ioan.

*Controuerſ. ſuper tex. 53.*

IN iſto textu negare videtur Ariſt. in demonſtratiuis ſcientijs fieri interrogationes; At infrà tex: 88. oſtendet quamlibet ſcientiam proprias habere interrogationes, ac reſponſiones; Eſt notandum ꝙ interrogare dupliciter contingit, vno modo interrogamus, ad hoc vt habeamus poteſtatē aſſumendi vtramq; partem, & hoc modo dialecticus tantum interrogat; Quamdoq; verò interrogamus, ad hoc vt aſſumamus partem vnam tantum, .ſ. veram determinatè. quomodo interrogare omnibus conuenit ſcientijs, ac ipſi demonſtratori, primo modo eſt audiendus hic Ariſt. At ſecundo modo infrà loco allegato veritatem quoq; dicet. An demonſtrator interrogat.

*Controuerſ ſuper tex. 57.*

ENumerans Ariſt. requiſita ad ipſam demonſtrationem, repetit illa de quibus ſuprà tex. 2. implicitè fecit mentionē, & infrà tex. 73. ac in ſubſequentibus explicitè Cur enumerans cōditiones demōſtrationis, ponat per ſionem omnibus alijs.

citè ſermonem habebit,& dicit eſſe tria,quorū primū,eſt concluſio demonſtrata,(& p cōcluſionem demonſtratam,) exponunt omnes prædicatum concluſionis,quod ab omnibus dicitur paſsio, ſecundum dicit eſſe dignitates,tertium vocat genus ſubiectum; In ordine iſto videtur redarguendus,cum præponat paſsionem omnibus alijs, & præcipuè ipſi ſubiecto, quod eſt nobilius ipſa paſsione, quæ eſt accidens per ſe ipſius ſubiecti, vt dicit in fine textus; Quod licet ita ſit, ob hoc non eſt damnandus, id enim agit vt det intelligere, quod tota noſtra intentio principalis in demonſtratione, eſt demonſtrare paſsionem de ipſo ſubiecto, vt colligitur ex vltimis verbis eiuſdem cōtextus, ideo illam præponit omnibus alijs, & præcipuè ipſi ſubiecto, licet ea ſit nobilius.

*Controuerſ. ſuper tex. 59.*

An medium cū extremis ſit eiuſdē generis.

AFferens Ariſt. rationem, quare non liceat tranſire de genere in genus,hanc aſsignat,quia neceſſarium eſt extrema, nempè ſubiectum,& paſsionem eſſe eiuſdem genereris cum ipſo medio; Quæ doctrina videtur falſa; Cum in quauis demonſtratione ſubiectum, & paſsio ferè ſemper ſint in alio, & alio prædicamento, & præſertim ſi demōſtrationes

ſtrationes ſint de rebus naturalibus, vel Mathematicis, in quibus ſubiectum eſt ſubſtantia, vel quantitas, paſsiones verò ſunt qualitates, vel relationes, non igitur eſt verum, extrema, & media eſſe eiuſdem generis; Quod etiam ex Ariſt. verbis ſuprà contex. 57. confirmari poſſe videtur, vbi ennumerans requiſita demonſtrationi, dixit eſſe tria, paſsiones, dignitates, & ſubiectum, quas paſsiones ibidem in fine tex. vocat accidentia per ſe, at ſubiectum ferè ſemper eſt ſubſtantia in rebus naturalibus, ergo extrema cum medio non erunt eiuſdem generis; Solutio eſt, genus ſubiectum eſſe duplex, aliud prædicationis, aliud attributionis; Genus prædicationis eſt ſuperius reſpectu inferioris; Genus attributionis, eſt id cui omnia coordinantur in ſcientijs; Quando ait Ariſt. extrema, & media eſſe eiuſdem generis, id eſt intelligendum de genere attributionis, non autem prædicationis, cum enim medium, & paſsio ſunt propria, vni certo ſubiecto, & generi attribuuntur.

*Controuerſ. ſuper tex. 61.*

INquit Ariſt. non eſſe munus Geometriæ demonſtrare de proprio ſubiecto, id eſt, de lineis, ea quæ ipſi competunt per aliquam rationem extrinſecam, (vt quod linea recta ſit pulcherrima linearum; Quòd linea recta in

contrarium ſe habeat circunferentiæ;) hæc ſunt exempla data ab Ariſt. quia illæ paſsiones non conueniunt lineis ſub ratione propria, ſed extrinſecè, & ideò excedunt proprium genus; & id quod dicit de Geometra, intelligendum eſt de quolibet alio artifice;) In quibus dictis tripliciter videtur obiurgádus Ariſt. Primo cum dicit, Lineam rectam eſſe linearum pulcherrimam, cum oppoſitum huius ab ipſo colligatur in 2. de Cœlo, & Mũdo, vbi dicit, hoc conuenire lineæ circulari; quæ conuenit corpori perfectiſsimo, ipſi .ſ. Cœlo; Cuius etiam ſententiæ ſunt omnes mathematici dicentes, quòd eſt linea circularis, quia quælibet eius pars correſpondet cuilibet parti; Etiam quia quælibet eius pars poteſt eſſe principium, & finis; Sibi etiam in alio exemplo, in quo dicit, non eſſe munus Geometræ conſiderare, An linea recta contrarietur circulari, cõtrarius videtur eſſe hic, & in Prædic. Cap. de Quantitate, vbi ſcriptũ reliquit, Quantitatem quantitati non eſſe cõtrariam, hic verò dicit, lineam rectam cõtrariari lineæ circulari; Sibi adhuc contrarius in eodem exemplo videtur eſſe, cum ſuprà contex. 31. dixerit, rectum, & circulare prædicari perſe in ſecundo modo de lineis, hic verò hoc videtur negare, cum dicat, hæc non

A... ..nea recta ſit linearũ pulcherrima.

An linea recta ſit circulari cõtraria.

An rectũ & circulare cõueniat lineis perſe.

conuenire lineis ſecundum proprium genus, ſed ſecundum quòd commune aliquod eſt; Hæc omnia ceſſant, ſi dicatur cum Ioanne Gram. Ariſtotelem loqui problematicè, & exemplariter, non autem determinatè, ſunt enim problemata, ſeù exempla quæ ꝑponit; Si verò voluerit quis Ariſt. aſſertiuè loqui, & determinatè; eſt attendendum quòd ſicut apud Phyloſophos gradus comparatiuus nō ſemper præſupponit gradum poſitiuum, vt colligitur ab Ariſt. 3. Cœli tex. 9. ac Quarto eiuſdem contex, 13. pariter nec gradus ſuperlatiuus ſemper præſupponet comparatiuum apud eoſdem; Quo ad ſecundum erit animaduertendum Ariſt. accipere rectum, & curuum hic, vt ſunt de prædicamēto qualitatis; ibi verò accepiſſe illa vt ſunt de prædicamento quantitatis; Quo verò ad tertiū, ille qui ſic obijcit, obſeruet Ariſt. non dicere, rectum, & curuum non conuenire lineis perſe, ſed affirmare, non eſſe munus Geometræ conſiderare, An rectum, & curuum contrarientur; Vel dato, ſed non conceſſo Ariſt. illud aſſerere; attendat quòd ſuprà accepit rectum, & curuū, vt ſunt paſsiones perſe inhærētes ſuo principali ſubiecto, hic verò accipere rectum, & curuum abſolutè.

*Controuerſ. ſuper tex. 63.*

An concluſione exiſtere corruptibili, ſit neceſſarium alteram præmiſſarū eſſe corruptibilem.

Sententia Ariſt. clara in hoc tex. eſt hæc, quòd ſi concluſio fuerit corruptibilis, & & non vniuerſalis, neceſſe eſt alterã præmiſſarum eſſe non vniuerſalem, & corruptibilem; Cui ſententiæ Ariſt. ipſe videtur obſtare Primo Priorum Cap. 6. vbi docet conſtituere ſyllogiſmos in tertia figura ex ambabus vniuerſalibus inferentibus cõcluſionem particularem, quemadmodum ſunt duo primi modi, qui communiter à Logicis dicũtur, Darapti, Felapton; In cuius ſolutione non eſt immorandum, cum ſuprà in ſolutione controuerſ. 2. ſuper tex. 49. ſit declaratũ, quomodo concluſio ſemper aſsimiletur alteri præmiſſarum, ideo ibi recurras.

*Controuerſ. ſuper tex. 64.*

Dicit Ariſt. triplicem eſſe diffinitionẽ, Altera quæ eſt principium demõſtrationis, altera quæ eſt eiuſdem concluſio, Altera quæ eſt tota demonſtratio differens poſitione; Quæ verba à Græcis communiter exponuntur, à Ioanne Gram. Themiſt. necnon & à D.Thoma, quòd triplex eſt diffinitio, vt docet Ariſt. Primo de Ani. Cap. j. altera materialis, altera formalis, alera conſtans ex vtriſq; Prima eſt illa, quæ eſt concluſio demonſtrationis, Secunda eſt eiuſdem

princi-

principium; Tertia eſt quæ ex vtriſq; cõſtat ; Obijcitur, quomodo diffinitio materialis ſit demonſtrationis concluſio? cum oppoſitum habeatur ab Ariſt. Primo huius tex. 14. Omnis diffinitio eſt poſitio, & poſitio eſt demõſtrationis principium, igitur omnis diffinitio erit demonſtrationis principium; Quod etiã confirmatur ex Ariſt. 2. huius tex. 48. & in ſubſequentibus, vbi docet, per quodlibet genus cauſæ poſſe demonſtrari, ſi ſic, igitur & per materiam, igitur diffinitio data per materiam erit etiam demonſtrationis principiũ ; Adhuc obijcitur, quomodo diffinitio formalis, poſsit eſſe demonſtrationis principium, cũ Ariſt. Primo de Ani. text. 16. dixerit; Dialectici munus eſſe per formam diffinire, vbiq; verò diffinitiones dialecticas vocet vanas; Quibus reſpondetur duobus adnotatis, & primò diffinitionem materialem dupliciter conſiderari poſſe, vno modo in reſpectu ad formalem, ſicq; hic ab Ariſtot. conſideratur, quo modo ſemper est demõſtrationis cõcluſio, eſt enĩ in reſpectu illius infima cauſa, ideò demonſtratur per formalem, ſeù per finalem, cum ambæ hæ ſimul coincidant, teſte Ariſt. 2. Phy. Altero conſideratur modo, in reſpectu ad ſuum effectũ, quomodo poteſt eſſe demonſtrationis principium, quo etiam modo

An diffinitio formalis ſit demonſtrationis principium.

modo fuit ab Ariſt.ſecundo huius conſiderata; Si verò dixit Primo de Ani. loco præallegato, Munus dialectici eſſe per formam diffinire, verba illa ſunt cum Ioanne Grammat. ibidem exponenda, ideſt per prædicata communia, at hic diffinitionem formalem vocant principium demonſtrationis, quia forma eſt cauſa proxima, ac perfectiſsima: Et ex hac ſolutione tollitur alia difficultas ſuper iſtius contextus verbis; ſi enim per diffinitionem, quæ eſt tota demonſtratio differens poſitione intelligenda eſt diffinitio conſtans ex vtriſq; ex materia, ſcilicet & forma, Quæret ille, quæ ſit cauſa, quòd in diffiniendo materialis præponatur formali, in demõſtrando verò econtrà ſit quòd formalis præponatur ipſi materiali; Ratio vtriuſque iam erit ſatis cõſpicua, cum enim materia ſit cauſa infima, cumq; à forma pficiatur, hinc eſt quòd in diffinitione illa huic ꝓponitur, quæ enim ab alijs perficiuntur, ſunt ſemper præmittenda, indè eſt; quòd in diffinitionibus genus præmittitur ipſis differentijs, eo quia ab illis perficitur: In demonſtratione verò eſt econtrà, quia forma materiæ comparata ſemper eſt principium, materia verò eſt concluſio.

*Controuerſ ſuper tex. 78.*

EXpreſsè dicit Ariſt. ſuppoſitionem eſſe demonſtrabilem. Cuius oppoſitum ſuprà Cap. 2. text. 14. ibi docuit eſſe indemonſtrabilem; Soluit Ioannes Gramm. immò ſolutio colligitur apertè ex verbis Ariſtotelis, quod duplex eſt ſuppoſitio, alia eſt ſimpliciter, ideſt vniuerſaliter, ſeu abſolutè ſuppoſitio, altera eſt ſuppoſitio non ſimpliciter, ſed reſpectu addiſcētis: Suprà loquutus eſt Ariſtoteles de ſuppoſitione ſimpliciter, quæ eſt propoſitio immediata, & indemonſtrabilis, at hic loquitur de ſuppoſitione quo ad addiſcentem, quam dicit eſſe demonſtrabilem. An ſuppoſitio ſit ꝑpoſitio demōſtrabilis.

*Controuerſ ſuper tex. 80.*

SOluens dubitationem Ariſt. An liceat vti falſis ſuppoſitionibus, ſicut quidam arbitrati ſūt Geometrā falſas accipere ſuppoſitiones, cum accipiat lineam eſſe rectam, quæ tamen non eſt recta, & pedalem, quæ nō eſt pedalis; Reſpondet, quòd Geometra non demonſtrat ſecundum lineam, quam deſcribit, ſed ſecundum lineam, quæ eſt in mente, ſicq; non mentitur; quia abſtrahit ab hac, & ab illa linea, & demonſtratio mathematica nō eſt ad lineam deſcriptam in puluere, vel in abaco, ſed ad eam quæ eſt in mēte; Quæ om- An Mathematicus vtatur falſis ſuppoſitionibus.

nia quæ hic dicit, eadem dixit Primo Priorũ, Sect. 3. Cap. 24. ſecundum ſectionem Auerrois: Cui ſententiæ obſtare videtur Ariſt. in Prædic. Cap. de Subſtantia, vbi dixit, (ab eo quòd res eſt, vel non eſt, oratio dicitur vera, vel falſa.) Quam eandem ſententiam habuit ibidem, in Cap. de Quãtitate, ac in Primo Perhyer. in fine; Si igitur Geometra dicit lineã pedalem, quæ in re non eſt pedalis, ergo dicit falſum, cum oratio ſit falſa, cum non ita ſit, ſicut per illam enunciatur; Dicendum eſt, cum Ariſt. 10. Metaphyſ. quòd materia, ac res eſt duplex, alia ſenſibilis, alia intelligibilis; Mathematicus dicit orationem eſſe veram ex re intelligibili, nõ autem ex re ſenſibili, ab hac enim abſtrahit, ideſt non conſiderat materiã ſenſibilem, ſed tantum intelligibilem, nec Ariſt. locis allegatis loquitur de materia, ſed de re ſenſibili, ſed de omni re, quia ꝓportionaliter ſe habet res ſẽſibilis ipſi naturali Philoſopho, ſicut res intellectualis ipſi Mathematico, & econtrà, & ſic non dicit mendaciũ: Sed dicet ille, ſi Mathematicus non conſiderat materiam ſenſibilem, cur deſcribit lineã, & omnia alia in puluere, vel in abaco? Reſpondet Themiſtius hic, aſſumens ab Ariſtot. Primo Priorum Sect. 3. ſeu Cap. 24. vt adiſcentes addiſcant, niſi enim depingerent Ma-

thematici

thematici figuras ſuas,nũquàm diſcipuli addiſcerent ſcientias mathematicas.

*Controuerſ ſuper tex. 85.*

Diſtinguens Ariſt. Dialecticam ab alijs ſcientijs, dicit quòd Dialectica nõ eſt vnius generis definiti, ſicuti ſunt aliæ ſcientiæ; Ex quibus colligitur, Dialecticam non habere ſubiectum determinatum, nomine enim (generis) intelligit ſubiectum; Oppoſitum huius colligitur ab Ariſt. in principio Primi Top. vbi dixit,(Primum igitur dicendum eſt,quid ſit ſyllogiſmus,& quæ ſint eius differentiæ, & quomodo ſumatur Dialecticus ſyllogiſmus, hunc enim quærimus ſecundum propoſitum negotium.) At quia iſta difficultas eſt examinata in libello noſtro,cui titulus eſt,De primis principijs vniuerſæ Logices; ideò ibi vide ſolutionem huius controuerſiæ. An dialectica ſit determinati generis.

*Controuerſ. 2. ſuper eodem contex: 85:*

Docet Ariſt. vnamquamque ſcientiã proprijs gaudere interrogationibus; Oppoſitum ab ipſo colligitur ex verbis iſtius contextus illis, (Demonſtrantem enim non eſt interrogare;)ſi ſic,quomodo igitur in demonſtratiuis ſcientijs proprias ponet interrogationes? Solutio cõmunis,& vera hæc eſt, quòd interrogare contingit dupliciter, vno An vnaquæque ſcietia ꝓprias habeat interrogationes.

modo vt idem eſt, quod vtramquè quæſtionis partem proponere, & vtramuis cõcludere, quomodo in verbis allegatis negauit demonſtrantem interrogare; Alio modo, vt idẽ eſt quòd alteram partem proponere, ac illam determinatè concludere, quomodo ſcientiæ demonſtratiuæ proprias habebũt interrogationes; Vel ſub alijs erit dicendum verbis: Demonſtratiuas ſcientias non interrogare ad hoc, vt conſenſum reſpondentis capiãt, ac ex illo aliquid ſyllogigent, ſed ad aſſenſum, ad hoc quòd diſcipulus aſſẽtiat illis, quæ præceptor dicit, ac vt ex illo diſcat.

*Controuerſ. ſuper tex. 87.*

An in vnaq̄que ſciẽtia ſit ꝓpriæ diſputationes.

Concludit Ariſt. quòd ſi Geometra, inquantum Geometra diſputauerit cum alio Geometra, manifeſtum eſſe quòd rectè diſputabit; Ex quibus colligitur in vnaquaque ſcientia propriam eſſe diſputationẽ Obijcitur quomodò hoc poſsit eſſe verum, cum diſputatio pertineat ad Dialecticum, illiuſq; ſit actus; Dicẽdum eſt cum Themiſtio, in ſcientijs fieri interrogationes, reſpõſiones, ac diſputationes, non ad cõſenſum à reſpondente captandum, ſed gratia prætentãdi aliquem eiuſdem profeſsionis; Sed rectius cum Ariſt. Primo Elench. Cap. 2. vbi docet, quatuor eſſe genera diſputationum, doctrinales, dia-

dialecticæ,tentatiuæ,ac contentioſæ, ſeu ſophyſticæ; prima quæ eſt doctrinalis, eſt quæ ſyllogizat ex proprijs principijs vniuſcuiuſque ſcientiæ, & non ex his quæ videntur ipſi reſpondenti;hæc ſciētijs eſt propria, ſecūda quæ eſt dialectica, ex pbabilibus procedit;Tertia,quæ eſt tentatiua,ex his quæ videntur ipſi reſpondenti, quo fit vt hæ duæ Dialectico conueniant;Quarta quæ ex apparentibus probabilibus ſyllogizat, hæc conuenit ipſi Sophyſtæ, Ex his colligitur quæ ſint diſputationes ſcientijs conuenientes, & quæ ſint propriæ ipſi Dialectico; At ſi tentatiua cōuenit Dialectico,qui fieri poterit,vt prima ſolutio data à Themiſtio ſit recta? dictum enim eſt,quòd diſputationes, quæ ſunt ad tentandum aliquem eiuſdem profeſsionis conuenire ſcientijs; Saluando Themiſtiū,erit dicendum,quòd tentare cōtingit dupliciter, vno modo ad hoc, vt conſenſus habeatur à reſpondente,ac vt indè poſsit ad diſputationem pgredi,& hoc conuenit Dialectico;Alio modo conuenit tentare, ad diſponendum diſcipulū,ſicut docet Plato in Dialogo de Virtute,qui inſcribitur Memnon, & hæc tentatio eſt ſcientialis,& de hac erit Themiſtius intelligendus; Quicquid tamen ſit,ſecūda ſolutio,quæ eſt Ariſt. magis placet.

Con-

*Controuerſ. ſuper tex. 91.*

An inſtã-tia, quæ affert cõ-trà ſyllo-giſmũ de-monſtra-tiuũ, poſ-ſit eſſe ſin-gularis.

DIcit Ariſt. in ſyllogiſmum demõſtratiuum non eſſe afferendam inſtantiã ex propoſitione inductiua; exponunt ferè omnes, ex propoſitione ſingulari; Oppoſitum colligitur ab ipſo Ariſt. ſuprà text. 29. qui confirmando diffinitionem de omni, rectè fuiſſe aſſignatam, quæ tamen eſt demonſtratiua, afferebat inſtantias ſingulares, Conſimilis difficultas ſuprà tex. 29. mota fuit, videas ibi, & ſolutio fuit hæc, quam adhuc repeto, quia recta eſt. Quòd aliud eſt loqui de inſtantia abſolutè accepta, aliud eſt loqui de inſtantia, quæ demonſtratori eſt propria. Inſtantia ſimpliciter ſtat, quòd ſit ex propoſitione ſingulari; at inſtantia demõſtratori propria, debet eſſe vniuerſalis, ratio eſt, quia demonſtratio eſt vniuerſalium, quæ vniuerſalia ſunt incorruptibilia, vt ſuprà tex. 62. dictum fuit ab Ariſt. quæ ſi ſingularium erit, hoc eſt per accidens, at ea quæ ſunt per accidens nõ counumerantur inter ea, quæ ſunt demõſtrationi propria, cũ autem Ariſt. hic de his, quæ ſunt demõſtrationi propria pertractet, rationi eſt conſonum, quòd inſtantias ſingulares à demonſtratione excludat, cum autem ſuprà de proprijs ipſi demonſtrationi adhuc non ageret, admiſit inſtantias ſingulares, eo quia

veræ

veræ ſunt; at quia demonſtrationi non ſunt propriæ, eas nunc refutat, cum de his quæ illi ſunt propria tractet.

*Controuerſ ſuper tex. 96.*

DAt exemplum ſyllogiſmi quod, procedentis ab effectu cōuertibili cum cauſa, hoc, Si quis demonſtret hanc cōcluſionem, quòd planetæ ſunt propè per illud, quia non ſcintillant, & ponēs formam ſyllogiſmi, ipſum regulat per eſſe in toto, & ideò primò accipit minorē propoſitionem, & dicit, Planetæ non ſcintillant, demum ponit maiorem, & dicit, quæ non ſcintillant ſunt propè, ſequitur concluſio dicta, igitur planetæ ſunt propè; hunc ipſius quod vocat ſyllogiſmum, cū medius terminus potius ſit effectus rei, quàm cauſa, planetas enim nō ſcintillare, eſt effectus illius, quòd propè ſint planetæ, illud verò eſſe propè, eſt cauſa illius, planetas non ſcintillare: Obijcitur, quomodo hic ſyllogiſmus eſſe poſsit in prima figura, cum minor ꝓpoſitio ſyllogiſmi formati ſit negatiuā, vt patet, planetæ non ſcintillant; eſt propoſitio negatiua: Ex minori autem propoſitione negatiua in prima figura nihil ſeqtur, vt docet Ariſt. Primo Priorū. Tum quia proprium primæ figuræ eſt, vt minor propoſitio ſit affirmatiua, ſicut conſtat diſcurrenti om-

An ex minori negatiua cōſtituatur ſyllogiſm' rectus in prima figura.

nes eius modos; Solutio colligitur ex Ioanne Grammat. nec forſan alio modo poteſt rectè reſpōderi, quòd maior propoſitio eſt affirmatiua de prædicato infinito, & ideo ſicut legitur (planetæ nō ſcintillant) legatur, (planetæ ſunt non ſcintillantes,) Dixi ſolutionē hanc colligi à Ioanne Grammat. eo quia ipſe non proponit hanc difficultatem, habet tamen verba, ex quibus colligitur reſpōſio data, & verba eius ſunt hæc, (Forma ſyllogiſmi expoſita eſt ex duabus affirmatiuis, & medio termino indefinito.

*Controuerſ. 1. ſuper tex. 97.*

An detur dmōſtratio circularis, ſeù regreſſus in demōſtratiōe.

Docet conſtituere ſyllogiſmum propter quid, ſeù fieri regreſſum à cauſa ad effectum, qui fit ſumpto maiori extremo ſyllogiſmi quia, ſeu quod facti ſuprà in tex. 96. prō medio termino, hoc modo, (Quæ propè ſunt nō ſcintillant, planetæ ſunt propè, igitur planetæ non ſcintillant;) tunc demonſtratur effectus iſte, planetæ non ſcintillant, per cauſam hanc, per eſſe propè, & conſtituitur ſyllogiſmus propter quid, cum in ſyllogiſmo facto in tex. 96. demonſtraretur cauſa per effectum, demonſtrabatur enim q̄ planetæ eſſent propè, per effectum iſtum, nō ſcintillare; Ex quibus Ariſt. dictis colligitur dari regreſſum in demonſtratione, ſeù demonſtra-

monſtrationem circularem, quam demonſtrationem circularem, ſeù quem regreſſum dánauit ipſe Ariſt. apertè ſuprà Capit. 3; & tex. 22; & in ſubſequentibus; Ideò difficultas hæc, de demonſtratione circulari, ſeu regreſſu demonſtratiuo, qui ſic à non nullis dicitur, an in doctrina Ariſt. detur, vt verba eius in præſenti tex. ſignificare videtur, an penitus ſit abijciendus, ſicut locis præallegatis colligitur, perpendenda eſt; Prò clariori autem difficultatis propoſitæ intellectu, manifeſtandus eſt titulus quæſtionis, quid ſignificet hoc nomen (Demonſtratio circularis;) Et hoc ne per ignota procedat diſputatio præſens; Omnibus conſtat demonſtrationē circularem contineri ſub ſyllogiſmo circulari, ideo ſe offert ſyllogiſmus circularis primò explicandus, cum ſit communior; Syllogiſmus circularis vt docet Ariſt. 2. Priorum ſit hoc modo, cum facto iam primo ſyllogiſmo, concluſionem accipimus, atq; alteram præmiſſarum ècõuerſo ſe habentem, concludimus alteram; Qui ſyllogiſmus dicitur circularis, quia id quod anteà fuit principium, ſit finis, & quod fuit prius finis principium demū efficitur, quod exemplo iſto ſit notum; Omne animal rationale eſt riſibile, omnis homo eſt animal rationale, ergo omnis homo eſt riſibilis Quid ſit ſyllogiſmus circularis

riſibilis

riſibilis,ſi concluſio loco maioris accipiatur, Et dicatur,omnis homo eſt riſibilis,& minor conuertatur ſic, omne animal rationale eſt homo,ſequetur cõcluſio iſta, ergo omne animal rationale eſt riſibile; ſic q́; propoſitio hæc,quæ in primo ſyllogiſmo fuit maior, & illius principium,in iſto ſecundo fit concluſio,& finis; Similiter ſi concluſio fiat minor, & maior propoſitio conuertatur ſimpliciter minor fiet concluſio; ſicq́; conſtituetur ſyllogiſmus circularis, ſicut enim circulus,à quocũq; pũcto poteſt incipere,& in quocũq; alio deſinere, ita ſyllogiſmus circularis à quacunq; propoſitione exordiri poteſt, & in quacumque deſinere, adeò ꝙ quælibet præmiſſarum poteſt eſſe principium & finis, ſicuti in circulo idem punctũ eſt principiũ, eſt & finis; Qui ſyllogiſmus circularis perfectus ſi debet erigi, neceſſe eſt ꝙ termini ſint cõuertibiles,neceſſe q́; eſt ꝙ erigatur in primo modo primæ figuræ, eo quia ſemper altera præmiſſarum debet in ſeipſam conuerti, qui termini niſi eſſent conuertibiles,minimè poſſet fieri,demonſtrauit namq́; Ariſt.Primò Priorum,vniuerſalem affirmatiuam conuerti in ſuam particularem, non autem in ſeipſam; Ex his apparet quid ſit demonſtratio circularis, ſeu regreſſus demonſtratiuus, qui eſt

Quid ſit demonſtratio circularis.

ſyllogiſmus

ſyllogiſmus circularis conſtans ex propoſitionibus perſe, quæ ita ſe habent, q; illa quæ fuit principium, fit finis, & econtrà Qui regreſſus demonſtratiuus multis nominibus dicitur à Phyloſophis; Primò vocatur circulatio, quia hoc regreſſu motu rationis mens circulum quemdam facit, licet ab eodē puncto in idem punctum per lineam prorſus circularem non reuertatur; Secundò ſyllogiſmus conuerſiuus, quia conuertitur vna propoſitio ex qua cum concluſione demonſtratur altera; Tertiò, vocatur ſyllogiſmus reciprocus, vel demonſtratio reciproca, vel eorū quæ conuertuntur, eo quia hic regreſſus non fit in alijs terminis, quàm in his, qui viciſſim commeant; Quartò, dicitur demonſtratio cōuerſiua, quia fit ſicut in ſyllogiſmo conuerſiuo, quo concludimus alteram præmiſſarum conuertēdo, ita in demonſtratione; Quintò, circulus, & regreſſus demonſtratiuus; Non eſt autem q; quis dubitet, An detur ſyllogiſmus circularis in communi, cum omnibus notum ſit dari, ratio eſt, quia ſyllogiſmus in cōmuni, ex omnium conſenſu abſtrahit, à qualibet materia, ideò nihil reffert si vnus proceſſus ſit à priori, & alius ſit à poſteriori in quo proceſſu qui eſt à poſteriori nequaquàm fiet petitio principij, quia vt iam dictum eſt, An ſyllogiſmus circularis in cō muni ſumptus detur.

ſyllogiſmus in communi abſtrahit ab omni materia; Sed dubitabit benè aliquis, ad quẽ artificem ſyllogiſmus iſte circularis pertineat, & quid nam vtilitatis afferat ; Maxima vtilitas ex eo reportatur, quia ex eo cognoſcitur accidentia ſyllogiſmo reflecti, quæ accidentia vt docet Auerroes quàm plurimum conferunt ad cognoſcendum q; quid eſt, immò hæc fuit Ariſt. doctrina pluribus in locis, ſed præcipuè Primo de Ani. tex. xj; Et ideò ſi accidentia ſyllogiſmo quis intellexerit, potiorem de eo etiam obtinebit ſcientiã ; Inſuper, demonſtrator exactius cognoſcit proceſſum ab effectu ad cauſam, & à cauſa ad effectum, qui proceſſus in ſcientijs admittitur; Qui modus procedendi circulariter demonſtratori, & tentatiuo quàm maximè deſeruit, poterit enim qlibet periculum facere, an aliquis ſit verè ſciens , incipiendo modo à principio ad concluſionem, modo à concluſione ad principium ; Sed quia dictum eſt ex omnium communi ſententia ſyllogiſmum in communi abſtrahere ab omni materia, non in meritò quis dubitabit, quomodo hoc poſſit eſſe verum? & ratio dubitandi eſt deſumpta ab Alex. in diffinitione ſyllogiſmi, qui dixit, ſyllogiſmum ad hunc finem fuiſſe inventum, vt ducat nos de cognitione noti ad cognitionem

Sllogiſmus circularis in cõmuni ad quẽ artificem pertineat, et cuius ſit vtilitatis

An ſyllogiſmus in cõmuni abſtrahat ob omni materia.

cognitionem ignoti, ſi ſic, qui igitur fieri poteſt, vt abſtrahat ab omni materia? Crediderim eſſe dicendum, ſyllogiſmum fuiſſe principaliter adinuentum ob finem ex ſententia Alex. dictum, & ideo ſyllogiſmus inſtrumentum dicitur; at quia ſyllogiſmus in ſui natura ſumptus non magis vni materiæ, quàm alteri applicatur, ideo dicitur ipſum ab omni abſtrahere materia; Sed quia eo vti gratia cognitionis eſt nobis neceſſarium, ideo etiam eſt neceſſarium, vt alicui determinatæ materiæ applicetur; Difficultas igitur non erit nunc, An detur ſyllogiſmus circularis, quia ipſum dari in doctrina Ariſt. omnibus eſt cõſpicuum, tãtum modo erit difficultas de demonſtratione circulari, An ad mentem Ariſt. ſit admittenda; Quæ difficultas admodum eſt difficilis, ob varias Philoſophorum ſententias inter ſe quàm maximè diſſentientes, omiſſa illa antiquorum ab Ariſto. recitata in tex. 20; quas ſuis rationibus ornatas, inſequendo ordinem Ariſt. primò recenſebo, demũ quid ſit ſentiendum ſecundum mentem Ariſt. aperiam; Primò mihi occurit ſententia Themiſt; Ioannis Gram; ac Alex; quam inſequutus eſt Thiberius Baſilerius Bononienſis hic, Cap. 30; Cui etiam ſubſcribit Sueſſanus hic; Qui dicunt, demonſtrationem circularem

*An detur demonſtratio circularis.*

*Ordo ſeruãdus*

*Prima opinio Græcorum.*

larem non dari; quia Ariſt. in Cap. 3. eam negauit, ſicut conſtat ex rationibus ab ipſo adductis ibi, regreſum tamen in demonſtratione dari concedunt; Qui regreſſus differt à demonſtratione circulari ſecundum ipſos in hoc, quod demonſtratio circularis importat vtrumq; proceſſum eſſe ex prioribus, & notioribus ſimpliciter, eo quia demõſtratio ex illis conſtat, at regreſſus demonſtratiuus nõ poſtulat vtrumq; proceſſum eſſe ex prioribus, & notioribus ſimpliciter, ſed tantũ vnus eſt, qui à cauſa ad effectum procedit, qui eſt demonſtratiuus, alter verò qui ab effectu ad cauſam procedit, non eſt demonſtratiuus, nec facit ſcire, ſed talis proceſſus ab ipſis vocatur demonſtratio quia, quæ non eſt vocitanda demonſtratio; Et ne quis eos derideat, dũ dicunt demonſtrationem quia non eſſe demonſtrationem, id authoritatibus, & rationibus perſuadere contendunt; Et primò innituntur authoritati Ariſt. ſuprà tex. 13. dicentis, (Si datur demonſtratio ex notioribus nobis, non rectè erit diffinitum ſcire ſimpliciter, vel duplex erit; ) apparet ergo ex Ariſt. ſententia, demonſtrationem quia non dici demonſtrationem Et ideò Themiſtius. 2. huius Cap. 30. vocauit demonſtrationem quia ſyllogiſmum coniecturalem, pariter & Ioannes

Diferentia inter demonſtrationẽ circularẽ et regreſſum.

Probatur demõſtrationem quia nõ eſſe demonſtrationem.

nes

nes Gram. pluries in hoc Primo Poſt;& præcipuè in in Cõm. 117. ſecundum ipſum; Amplius, demonſtratio eſt ſyllogiſmns faciens ſcire,& ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere, ſicuti ſuprà tex.7.,&.8.habitum eſt, diſcurſus igitur ille qui non eſt per cauſam non dicetur demõſtratiuus, at demõſtratio qa eſt huiuſmodi, igitur demonſtratio quia nullo modo erit vocanda demonſtratio; Addunt, ꝙ ſi demonſtratio quia poſſet dici demonſtratio, cum pariter demonſtratio propter quid dicatur demonſtratio, quærunt an demonſtratio in communi ſit vniuoca, an analoga, ſeũ æquiuoca, nõn eſt vniuoca, quia eius diffinitio æqualiter conueniret vtriq;, quod eſſe falſum apparet; nec poteſt eſſe analoga, quia adhuc eius diffinitio conueniret omnibus eius analogatis, ſicq; eadem diffinitio demõſtrationi quia, & propter quid conueniret, quod etiam eſt abſonum; Qui modus dicendi manchus eſt,& ſuſpectus, Primò quia iſti admittunt regreſſum ab effectu ad cauſam,& à cauſa ad effectum, non tamen declarant qd faciat cognoſcere ſecundus proceſus, qui eſt à cauſa ad effectum, nec quomodo; inquo labor maximus conſiſtit; Secundo, quia Ariſt. in 2. huius admittit circulationem in cauſis, quando vna per aliam probatur, & eo

Confutatur opinio Græcorum.

maximè,

maximè, cum cauſæ ſint ſibi inuicem cauſæ ex eius doctrina ibidē & in 2. Phy. Cap. de Cauſis, talis modus circularis vtrumq; proceſſum eſſe demonſtratiuum dicit, cum vterq; proceſſus ſit ex cauſis, & per conſequens ex prioribus, & notioribus ſimpliciter; Nec erit hic audiendus Sueſſanus, qui huic inſtantiæ occurere voluit dicens, ꝙ quandò vna cauſa per alteram demonſtratur, tunc vnā illarum vicem effectus ſubire; Quia hæc reſponſio ſe ipſam interimit, cum ſequatur vtrumq; proceſſum eſſe ex cauſis, & prioribus, quia cauſa illa quæ demonſtratur, rationem effectus dicitur ſubire; Deſtruit & hæc reſponſio rationem Ariſt. in tex. 22, Nam antiqui dicent, ꝙ quando cauſæ demonſtrantur ex poſterioribus, tunc illas ſubire vicem effectus; Inſuper, aſſumunt dubium, nempè demonſtrationem quia non eſſe, nec appellari poſſe demonſtrationem, cum id etiā poſſit tueri, nec deficiant authoritates, & rationes quibus id probari poſsit; Hoc enim primo ex Auerroe in Proœmio Phy; ac. 2. Lib. dè Cælo Côm. 35. poteſt conprobari, qui ponit tria demonſtrationis genera, demonſtrationem quia, demonſtrationem propter quid, & demonſtrationem dantem cauſam, & eſſe Auerroes igitur fuit

Probat demonſtrationē quia eſſe demonſtrationē

huius

huius opinionis demõſtrationẽ quia eſſe demonſtrationẽ. Qđ ẽt voluit Themiſt.in hoc 1. Cap.7.& 28.vbi ſtatuit duplicẽ demõſtrationẽ,ſ. qa & pp qd,ipſe igitur fuit ẽt iſtius mẽtis,demõſtrationẽ qa poſſe dici demõſtrationẽ, Cui opinioni ſubſcripſere oẽs Lat. & hæc opinio adhuc põt cõfirmari ex Ariſt.qui hic cõparat demonſtrationẽ qa ad pp qd, oĩs autem comparatio eſt in vniuoco, vt teſtatur Ariſt. 7. lib. Phyſ.tex. 24. igitur demonſtratio quia, & propter quid conuenient in demonſtratione communi; Etiam, quia vbiquẽ Ariſt. vult omnem ſyllogiſmum vel eſſe demonſtratiuum,vel dialecticum,vel ſophyſticum,at demonſtratio quia nõ eſt ſyllogiſmus dialecticus,cum ille ex probabilibus procedat teſte Ariſt. Primo Top. nec eſt ſyllogiſmus ſophiſticus,vt oppoſitũ probantes concludunt;erit igitur ſyllogiſmus demonſtratiuus, Nec rationes oppoſitum probantes concludunt. Erat prima auctoritas Ariſt. in tex. 23. dicentis, quod ſcire non erit rectè diffinitum,&c. Cui reſpondetur authoritatẽ hanc concludere demonſtrationem quia non eſſe demonſtrationem, ſcilicet propter quid, ſeù ſimpliciter, ex altera tamẽ parte eam eſſe demonſtrationem in communi aſſerere poſſumus; Et cum ſubdit Ariſt. ibi quod altera de-

S monſtratio

Latinorum, ac etiã Sueſſani, qui ſibi ipſi minimè eſt conſtans, nec eſt mirum, cum nunq̃ ab eo aliquid determinati poſsit haberi. Qui modus ait, dari demõſtrationem circularem difformem, itaq; vterq; proceſſus ſit à cauſa, ſed vnus eſt ab vno genere cauſæ, alius verò ab alio genere, eo quòd cauſæ ſunt ſibi inuicem cauſæ; Addunt, nihil repugnare vtrũq; proceſſum eſſe in eodem genere cauſæ, non tamen reſpectu eiuſdem indiuidui, ſicuti eſt cũ ex terra humida demõſtratur pluuia, & ex pluuia terra humida, vt docet Ariſt. 2. huius. Addunt etiam, quòd iſtius demonſtrationis circularis difformis, aliquando vnus proceſſus eſt ab effectu, alius verò à cauſa, ſed in primo proceſſu, qui eſt ab effectu ad cauſam, antequàm fiat ſecundus à cauſa ad effectum, neceſſe eſt fieri aliquam negotiationẽ, ita quòd opus ſit cauſam illam diuiſione manifeſtare, vel alia aliqua ratione; Et hoc ne procedamus ex ignotis, cum enim in primo proceſſu cauſa ſit demonſtrata per effectũ, cauſa eſt ignotior ipſo effectu, & ideò ſi quis voluerit in ſecundo proceſſu demonſtrare effectum per talem cauſam, tunc illa demonſtratio erit ex ignotioribus, ad quod euitandum, vtquè ex notioribus conſtet demonſtratio, neceſſaria eſt talis negotiatio, ad hoc vt cauſa fiat notior

Secunda opinio Latin.

ipſo effectu. Et ſi quis obijciat ipſis verba Ariſt. quibus ſuprà Cap. 3. dãnauit antiquos concedẽtes demõſtrationẽ circularẽ Satisfaciũt dicentes, Ariſt. illos dãnaſſe, quia huius erãt mẽtis talẽ demonſtrationẽ circularẽ eſſe vniformẽ, adeò ꝙ vterq; eius proceſſus eſſet in eodẽ genere cauſæ, ac reſpectu eiuſdẽ, meritòq; eos dãnaſſe Ariſt. rationesq; ſuas contrà illos concludere dicunt. Qui dicẽdi modus in pluribus Ariſt. eſt repugnans: Primò

Confutatio.

quia iſte modus admittit demõſtrationẽ circularẽ, cuius vterq; proceſſus eſt in eodẽ genere cauſæ, ſed reſpectu diuerſorum indiuiduorũ: Ex hoc ſequitur indiuiduorũ eſſe demõſtrationẽ, quod negatur ab Ariſt. hic tex. 62. Deficiunt ẽt dum ponũnt illam negotiationem in iſto regreſſu; eo quia Ariſtot. ſæpe vſus eſt iſto regreſſu abſq; illa negotiatione, fruſtrà igitur ponitur, vt patet in 8. Phy. tex. 50. ſicuti voluit Auer. ſicut ẽt cõſtat ex præſenti tex. 96. & 97. in quibus primò demonſtrat planetas eſſe propè, ex eo ꝙ non ſcintillãt, demũ ꝙ non ſcintillant, eo ꝙ propè ſunt, & in tex. 98. ſubſequenti, demonſtrat lunã eſſe ſphericam, quia ſphericè augetur, deindè quòd ſphericè augeatur, quia habet figuram ſphericã, ſicq; vtitur iſto regreſſu abſq; tali negotiatione, fruſtrà igitur ab illis eſt poſita.

ſita. Vſus eſt pariter iſto regreſſu ſine tali negotiatione in 2. huius verſus finem, vbi quærit, An vnius rei ſit tantùm vna demonſtratio, vbi admittit hunc regreſſum ſine vlla negotiatione, quæ ſi eſſet neceſſaria, iure eſſet Ariſt. damnandus, qui ea vſus non fuiſſet in regreſſu, Nec eorum ratio eſt alicuius roboris, quia cauſa ab effectu illata, & ſi non ſit adæquata, ſed communis, vtq; fiat adæquata, neceſſariam eſſe dicunt talem negotiarionem eo quia opus eſt illam per diuiſionẽ, vel per aliam viã manifeſtare: quia ſi hac ratione talis negotiatio eſſet neceſſaria, amplius nõ erit regreſſus, ratio eſt, quia non demonſtraretur effectus per cauſam illatam ab effectu, ſed ex alia cauſa per diuiſionem, vel per aliam viam inuentam. Amplius, in regreſſu non eſſet duplex proceſſus, ſcilicet, quia, & propter quid, ſed eſſet tertius progreſſus per diuiſionem, vel per compoſitionem adinuentus, quem tamen non docuit Ariſtoteles Secundo Priorum, dum tractauit de demonſtratione circulari. Alij poſuere hanc negotiationem, ad hoc, vt cauſa illata ab effectu reddatur notior, & talis negotiatio ſecundum iſtos non eſt alia demonſtratio procedens ab effectu alio, qui cauſam manifeſtat, quam negotiationem ponunt, ne difficultas mota

nota, vel ignota, ſi nota, ergo ſuperflua eſt illa negotiatio, ſi verò ſit ignota, effectus nihil demonſtrabit: Et ſi quis dicat, talem cauſam eſſe notã, at ignotam quo ad hoc, an ſit vera & perfecta diffinitio. Euaſio hæc adhuc nulla eſt, quia per demonſtrationem illam nõ fit nota diffinitio; ſed per diuiſionem, vel per compoſitionem innoteſcit; Tum quia, vt iam dictum fuit, non erunt duo proceſſus; quare talis negotiatio eſt reijcienda, tamquàm ſimpliciter neceſſaria in regreſſu demõſtratiuo, Ideo quibuſdã alijs placuit dicere, dari demõſtrationem circularem, ſeù regreſſum, cuius primus proceſſus eſt ab effectu ad causã, ſecundus verò à cauſa ad effectum, ſed talem regreſſum non eſſe dicunt reſpectu eiuſdem hominis, cum primus proceſſus qui eſt ab effectu ad cauſam ſit reſpectu illius hominis, cui notus eſt effectus, ſecundus verò proceſſus qui eſt à cauſa ad effectũ, eſt reſpectu illius hominis, cui nota eſt cauſa, non enim eadẽ ſunt omnibus æqualiter nota; Qui ſic dicentes non ſunt audiendi, cum Ariſt. hac demonſtratione circulari, ſeu regreſſu eſt vſus, loquutus eſt ad eumdem hominem, qui illi ſcientiæ ſtudet, in qua vſus eſt tali demonſtratione; Tum quia, cum demonſtratur cauſa per effectum, tantummodo ſcitur quia, vt

Tertia opinio.

Confutatio.

in præſenti tex. 97. dicit Ariſt. ad hoc igitur vt ſciatur propter quid, neceſſe eſt reuerti à cauſa ad effectum. Fundamenta iſtius opinionis nolui adducere, quia ſunt eadẽ cũ fundamentis, quibus innititur quarta opinio quorumdã Neotericorum prorſus negantium regreſſum demõſtratiuũ, quare eiſdemmet diſſoluentur ſolutionibus, quibus & fuudamenta quartæ opinionis, quam nunc affero; fuere itaq; quidam recentiores, qui dixere non dari demonſtrationem circularẽ, nec etiam regreſſum, nullamq; nobis afferre cognitionem, vel paucam, & ſatis leuem, ſi dabitur, Qui ſic dicentes innituntur authoritatibus Ariſtot. & Auerrois. Et primò accipiunt authoritatem Ariſt. ſuprà Cap. 3. dicentis, demonſtrationẽ circularem nullo pacto dari poſſe, eamq; omninò Ariſt. reijcere. Innituntur etiam authoritati Auerrois Primo de Gen. & Corrup. Cõ. 50. dicentis, (& hæc demonſtratio quamuis non det fidem ſimpliciter, cũ ſit circularis, tñ dat nobis ſicut dixit Alex. aliquã ſidẽ,) quid clarius? Tum ex Alex. Primo Priorũ, ac Ioã. Gram. qui dubitant, quia Ariſto. videtur vti circulatione, cũ probet vniuerſalem negatiuã conuerti in ſe ipſam, ex particulari, & particularem conuerti in ſe ipſam, ex vniuerſali negatiua, cum talis procedendi modus ſecun-

Quarta opinio.

dum

dum Ariſto. ſententiam non ſit admittendus; ſic loquentes, negant prorſus poſſe dari demõſtrationem circularem. Rationibus etiam innituntur, vt magis ſuam hãc cõprobẽt opinionem, quarum prima, & cæteris magis efficax hæc eſt; Cum in primo proceſſu ab effectu ad cauſam procedimus; vel cauſã cognoſcimus, vel non; ſi dicatur ꝙ non, qui igitur fieri poteſt dicunt, vt reflectatur à cauſa ſuper effectum, cùm cauſa ſit ignota, & demonſtratio conſtet ex notioribus, ſi dicatur quòd ſit nota, quid igitur cognoſcitur dicũt ex illa reflexione, cum effectus ſit notus, & cauſa pariter ſit nota? Si dicatur, quòd maior acquiritur notitia, vndè proficiſcitur dicunt, cum ipſa etiam ſit demonſtratiua, & cum ſit ignotior effectu, quomodo igitur poterimus demonſtrare effectum per cauſam, cũ cauſa ſemper ſit nobis ignotior effectu, impoſsibilis igitur erit talis regreſſus, vel ſi dabitur, paruæ erit vtilitatis. Inſuper ſi daretur regreſſus iſte à cauſa ſuper effectum, ratio præcipua hæc eſſet, vt cognoſceremus propter quid ipſius effectus, quæ ratio ſatis vana eſt, cum ex primo proceſſu ab effectu ſuper cauſam, cognoſcatur propter quid ipſius effectus, vanus igitur, & fruſtrà erit talis proceſſus, aſſumptum probant, cum enim

tionem dat iſtam differentiam, quòd demonſtratio quia ab effectu procedit, vt hæc, quæ non ſcintillant ſunt propè, planetæ non ſcintillant, ergo planetæ sũt propè: Addit, quòd poteſt alterum per alterum monſtrari, & erit demonſtratio propter quid, quemadmodum hæc eſt, quæ ſunt propè non ſcintillant, planetæ ſunt propè, igitur planetæ non ſcintillant, vbi patet Ariſt. admittere hunc regreſſum in demonſtratione; Dicent fortaſſe, hunc regreſſum dari, ſed paruam agenerare fidem; Quibus adhuc Ariſt. obſtat, cum ipſe velit ex ſecundo proceſſu haberi propter quid effectus, igitur ex ſecũdo proceſſu in nobis cauſabitur perfecta cognitio. Quidam dixere, ex ſecũdo pceſſu nos cognoſcere propter quid ipſius effectus, quod de ipſo erat nobis ignotum, noſquè illud addiſcere dicunt ope, & auxilio primi proceſſus, at per ſe, & ſimpliciter nihil cognoſcimus. Quæ reſponſio eſt profectò ridiculoſa; Quia quærã, an per primũ proceſſum ab effectu ad cauſam, propter quid ipſius effectus cognoſcatur, vel nõ; coacti ſunt fateri, immò fatentur quòd non, ſequitur ergo, quòd ex tali proceſſu aliquid addiſcatur. Concedunt, ſed dicunt hoc eſſe auxilio primi proceſſus, ſed hæc reſponſio nulla eſt, cum ſat ſit, quòd mediãte illo proceſſu

ceſſu nobis innoteſcat propter quid effectus, quod nobis erat ignotum, ſicquè etiam in 2. huius Cap. 5. iuxtà ſectionem Lincon. proponit Ariſt. hanc quæſtionem, An exiſtente cauſa, ex neceſsitate ſit cauſatum, & econtrà, exiſtente cauſato, an ſit cauſa, & ad vtramq; partem ſequi abſurda oſtendit. ſi enim dixerimus quòd cauſa, & cauſatum conuertantur, poterunt ergo adinuicem oſtēdi, quod videtur abſurdum. Soluens difficultatem dicit, quod aliquando cauſa, & cauſatum conuertuntur, & ita per cauſatum oſtenditur cauſa; ſed non propter quid, ex cauſa verò oſtenditur cauſatum propter quid, & hoc non eſſe abſurdū affirmat, benè eſſet abſurdum, ſi per inuicem demonſtrarentur, & demonſtratio eſſet per cauſam, quid clarius? Nec eſt quòd dicant Ariſto. voluiſſe talem circulum in nobis non generare ſcientiam, cum ipſe Ariſt. fateatur hoc eſſe falſum, quia ex cauſa ſcimus propter quid, nequaquàm ex effectu. Amplius Ariſt. in 2. huius admittit hunc regreſſum, ſeù hunc modum demonſtrandi per circulum in cauſis, quæ ad inuicem ſunt cauſæ: Inſuper, ſi talis modus demonſtrandi non admitteretur, immò eſſet penitus abolendus, Ariſt. eo nunquàm fuiſſet vſus, at ſæpius Ariſt. eo eſt vſus, igitur datur, ac validus ē. Eo vſus eſt Ariſt. 8. Phy.

Phy. tex. 50. ſecundum Auerroem, ac tex. 53. ac in pluribus alijs locis, quos non eſt opus recenſere. Huic etiam modo dicendi obſtant Græci Expoſitores, & præcipuè Themiſt. qui in 2. huius Cap. 18. dixit, (Cum aliqua ita ſe habeãt, quæ circuitu quodam ſe inuicem generent, in his demonſtratio reciproca locum habebit,) quam eamdem ſententiam ibidem Cap. 30. his habuit verbis, (ſi cauſa talis cum ſua concluſione retorqueri dicatur, non enim eadem ratio vtrinq; reciprocandi eſt, ſed cum ab euentis ad cauſam ſubitur, ſyllogiſmus tantum vocatur, cum econtrario eſt, abſoluta demonſtratio dicitur;) Ex quibus patet, Themiſtium clarè regreſſum poſuiſſe. Idem voluit Primo de Anima, Capitulo ſeptimo, vbi Ariſtoteles dixit, Accidentia magna ex parte conferre ad cognoſcendum quod quid eſt. Dixit Themiſtius eſſe circulum quemdam, quoniam ex diffinitione accidentia, ſcilicet propria innoteſcunt, & econtrà, ex accidentibus proprijs diffinitiones notæ fiunt. Huic ſententiæ Simplicius etiam ſubſcripſit Secundo Cœli, Comment. ſui 39. dicens, Ariſtoteles affirmat aſtra eſſe ſpherica, quia non mouentur motu progresſiuo, deindè dicit, aſtra non moueri illo motu,

quia

eſſe ſubiecto demonſtrabimus, deindè demonſtrabimus cauſam obquam cauſatum inſit ſubiecto, & hoc plurimum accidit in ſciētijs naturalibus;) quid clarius dici poteſt, ad probandum dari regreſſum in demōſtratione? Et.6.Phy.tex. 12. dicit, prima conſequtio eſt conſequtio præcedentis cum poſteriori, ſecunda verò ex poſteriori à priori; Et.8. Phy.tex.50 dixit, Ex motu æterno probauit motorem æternum, ex motore æterno probat motum æternum, Et addidit, Cū iſtæ duæ viæ fuerint coniunctæ, tūc erit ſcientia firmior; Et ibidem tex. 13. eamdem habuit ſententiam, ac Primo de Ani. tex. xj; quare hic dicendi modus vt falſus erit reijciendus; Adductis itaq; ac impugnatis aliorum opinionibus, ſuper eſt manifeſtare quid ſit ſentiendū in via Ariſtot. in difficultate propoſita, ad quod præſtandum me confero, ſed vt id dillucidius reddatur, duo ſunt notanda; Primū quæ ſint ea, quæ requiruntur ad demonſtrationē circularem, ad hoc vt ipſa ſit ſyllogiſmus circularis; Secundum quæ requirantur ad demonſtrationem circularem, quatenus eſt demonſtratio includens materiam; Requiſita demonſtrationi circulari, adhoc vt ſit ſyllogiſmus circularis ſunt hæc, vt termini ſint conuertibiles, & ꝙ fiat in primo modo pri- Determinatio propria.

mæ figuræ; Ea quæ requiruntur demonſtrationi circulari ſunt hæc; Primo eſt neceſſariũ ꝙ fiant duo proceſſus quarum vnuſquiſqꝫ debet eſſe ex notioribus, quia ſicut diffinitio conſtituitur ex notioribus, ita & demonſtratio, cum ſit innoteſcendi gratia; Notandũ eſt etiam demonſtrationem aliquam procedere ex cauſa ad effectum, & aliquam ex effectu ad cauſam, quæ demonſtratio procedẽs à cauſa, vel procedit à cauſa remota, vel à cauſa proxima, & ſi à cauſa proxima, vel formali, vel materiali, vel efficiente, vel finali, vel ex omnibus acceptis, cum licitum ſit per vnum quodq; genus cauſæ demonſtrare, vt 2. huius tex. 48; Et ſubſequentibus clarè docet Ariſt; Si demonſtratio ab effectu ad cauſã procedat, vel ab effectu qui conuertitur cum cauſa, vel ab effectu qui infert cauſam, ſed cauſa non infertur ab effectu, vndè triplex poteſt eſſe illatio in demonſtratione, vna erit à cauſa quæ infert effectum, & ab effectu etiam infertur; Altera eſt à cauſa inferente effectum, non tamen eſt illata ab effectu, ſicut eſſe grauidam, infert lac in mamillis; lac verò in mamillis, non infert eſſe grauidam; Altera eſt ab effectu inferẽte cauſam, qui effectus non infertur à cauſa; Et hæc omnia ferè colliguntur ab Ariſt. in præſenti parte; Ex quibus

pono

pono has concluſiones de mẽte Ariſt; Prima, Regreſſus in illa demonſtratione non poteſt dari quæ procedit ab effectu inferens causá, quæ cauſa tamen non infert effectũ; ratio eſt, quia demonſtratio circularis, ſeù regreſſus eſſe debet in terminis conuertibilibus; Secunda concluſio, Regreſſus non datur in illa demonſtratione, quæ procedit à cauſa remota, quæ non conuertitur cum effectu, ob eamdem rationem; Tertia concluſio; Regreſſus datur tantum in illa demonſtratione quæ procedit ab effectu, qui cum cauſa conuertitur, ita q́ primus proceſſus eſt ab effectu ad cauſam, ſecundus verò eſt à cauſa ad effectũ, qui primus proceſſus nobis declarat effectũ ineſſe ipſi ſubiecto, qua ratione dicitur demonſtratio quia tantum, at ſecundus proceſſus qui eſt à cauſa ad effectum, non dicit effectum ineſſe ipſi ſubiecto, quia hoc iam notum, ſed dicit propter quid effectus ineſt ſubiecto, quo fit vt dicatur demõſtratio propter quid tantum; Si autem quis dicat, vndè eſt quod cauſa demonſtrata ab effectu notior ſit ipſo effectu in regreſſu. Dicẽdum eſt cauſam non reddi notiorem effectu quo ad eſſe, ſed benè quo ad ipſum propter quid, cum ex ipſa cauſa habeatur propter quid ipſius effectus. & ſi iterum dicat, vnde habetur talis cognitio

Dubitatio.

Solutio.

Dubitatio.

gnitio cauſæ in ſecundo proceſſu, vt ſit notior ipſo effectu: Dicēdum eſt cum Ariſt. Primo Elencho. talem notitiam habitam eſſe ex transpoſitione concluſionis cum altera præmiſſarū, vt enim ibi dicit Ariſt. nomina tranſpoſita, vel orationes tranſpoſitæ clariores fiūt. Indè eſt, quòd aliquis poteſt cognoſcere maiorem, & minorem propoſitionem, ſi rectè non ſunt diſpoſitæ, & ignorare cōcluſionē, quæ præmiſſæ ſi fuerint rectè diſpoſitæ, ſtatim cognóſcet etiam concluſionem, ſicuti docuit Ariſt. in fine 2. Priorum, & hunc regreſſum non negauit Ariſt. ſed illum qui habet vtrumq; proceſſum procedētem ex cauſa proxima, quia tunc demonſtrare, nil aliud eſſet, q̃ dicere ſi hoc eſt, hoc eſt, dixit Ariſtot. ſuprà text. 24. & concluſit eſſe impoſsibile circulo demōſtrare ſimpliciter. Si autem quis quærat, An poſsit fieri regreſſus in demonſtratione, cuius primus proceſſus ſit à cauſa adæquata ad effectum, ſecundus verò ſit ab effectu ad cauſam; Dicerē q; non, & ratio quæ mouet me eſt hæc, quia primus proceſſus qui ē à cauſa adæquata ſimul, & ſemel dicit propter quid ipſius effectus; & effectū eſſe. Supponitq; manifeſtè cauſam eſſe, quo fit vt ille ſecūdus regreſſus ſit fruſtrà, & vanus. Addo, quòd ſi Ariſt. vel Auerroes 6. Phy. tex. 15.

Solutio. Dubitatio. Solutio.

vſus fuerit prius demonſtratione propter qd, & deindè demonſtratione quia, id hac ratione egit, vt manifeſtaret aliquam propoſitionem aſſumptam in demonſtratione propter quid, conſueuit enim Ariſto. quãdoq; accipere in demonſtrationibus aliquam propoſitionem non ita nobis claram, quam demum manifeſtat quadam alia ratione, non tamen quòd illa ratio dicatur regreſſus; Concludo igitur Ariſt; ſuprà Cap. 3. damnaſſe demonſtrationem circularem, seù regreſſum illum, cuius nempè vterq; proceſſus ſit à cauſa, & in eodem genere cauſæ, eo quia dicebat, impoſsibile eſſe demonſtrare circulo ſimpliciter. Et ſi quis inſtet, Ariſt. docere oppoſitum in 2. huius tex. 66. vbi docet, in ijs quæ ad inuicem generãtur eſſe circulum, vt cum demonſtratur nubes per terram deplutam, deindè terram deplutam, per nubẽ, vbi vterque proceſſus eſt à cauſa, & in eodem genere cauſæ; Erit dicendum, quòd talis diſcurſus non erit circularis demonſtratio, cum in demonſtratione circulari id quod demonſtratur, aſſumatur, vt medium demonſtrãs id quod ipſum prius demonſtrabat, vt ſi animal rationale demonſtretur per riſibile, & idemmet animal rationale demonſtret riſibile, ex his duobus ſyllogiſmis fit vnus ſyllogiſmus cõ-

Dubitatio.

Solutio.

poſitus, qui æquiualet demonſtrationi ſimpliciter, quæ dat eſſe, & cauſam rei; At cum demonſtratur terra depluta per nubes, & nubes per terram deplutam, tunc demonſtratur terra depluta per nubes quæ ſunt, cum verò demonſtratur nubes per terram deplutã, demonſtratur nubes futura, ſicut patet ſi natura ipſius rei benè perpendatur; quo fit vt nõ ſit vera demonſtratio circularis, nec ex illis fiat vnus ſyllogiſmus compoſitus; & ſi denuò obijciat aliquis, quòd nec hæc dicitur demonſtratio, cum ad indiuidua ſe extendat.

Dubitatio.

Solutio. Reſpoudendum eſt, quòd profectò non eſt demonſtratio propriè, vocaſſe tamen eam Ariſtotelem demonſtrationem, ſed nomine communi; Et hæc ſunt, quæ occurrebant de demonſtratione circulari, ſeũ de regreſſu demonſtratiuo, quo Philoſophus naturalis ſæpe vtitur, at Mathematicus quandoq;, & præcipuè Aſtrologus, cum apud ipſum effectus ſint notiores, quàm ipſæ cauſæ, & ideò Ariſt. hic in text. 98. exemplo aſtrologico manifeſtauit huiuſmodi regreſſum, ſumpto ab ipſa Luna, quæ recipit luminis incrementum ſphericè, quia habet figuram ſphericam; Ex quibus facilè eſſe fundamentis aliarum opinionum reſpondere iudico.

*Controuerſ ſuper tex. 99.*

POnit hanc regulam Ariſt. quòd ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, & negatio pariter eſt cauſa negationis, quam exemplo manifeſtat, ſi enim habere ſymetriam in qualitatibus primis, ſcilicet in calido, frigido, humido, ac ſicco, eſt cauſa ſanitatis, ita ēt non habere ſymetriam in qualitatibus primis erit cauſa non ſanitatis. Obijcitur huic regulæ, quia nō valet dicere, nigrum non diſgregat viſum, ergo non nigrum diſgregabit viſum, quia color rubeus eſt nō niger, & tamen non diſgregat viſum; Solutio eſt, quòd regula habet veritatem in cauſis proprijs, & immediatis, ſi enim quidpiam negatum immediatè eſt cauſa negationis, & illud affirmatū īmediatè eſt cauſa affirmationis, in cauſis verò remotis deficit. & hæc limitatio colligitur ex exemplo ab Ariſt. dato, de debita temperie qualitatum primarum reſpectu ſanitatis, quæ cum ſit cauſa immediata, & proxima, pariter non debita temperies earumdem primarum qualitatum erit cauſa non ſanandi, ſcilicet proxima, & econtrà, quod tamen non verificatur de animali reſpectu reſpirationis, quod eſſe animal nō eſt cauſa proxima, & immediata reſpirandi, cum ſint multa animalia, quæ non reſpirant, vt piſces, & ideō non eſſe

An regula iſta ſi affirmatio ē cauſa affirmationis & negatio ē cauſa negationis ſit vera.

animal non poterit eſſe cauſa non reſpirandi; Ex quo etiam exemplo colligendum hoc erit, quòd Ariſtoteles non dixit, ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio erit cauſa cõtrarij, vt ſi debita proportio qualitatum primarum eſt cauſa, ſcilicet proxima ſanandi, nõ debita earumdem proportio erit cauſa ægrotandi, hoc non dixit, ſed benè dixit, erit cauſa non ſanandi; vt daret intelligere regulam propoſitam de cauſis proximis non habere veritatẽ in negatione cauſæ ad effectum contrarium, ſicuti eſt ægrotare, qui eſt effectus contrarius ipſi ſanari, ſed tantummodo verificari in negatione eiuſdem effectus, vt ſi ſanari eſt effectus affirmatiuus, & ꝓductus immediatè à debita proportione qualitatũ primarum, quæ eſt cauſa affirmata, hæc eadem cauſa negata producet, & erit cauſa immediata eiuſdem effectus negati, qui eſt non ſanari, Et ideo non valebit dicere, Animal rationale eſt cauſa riſibilitatis, ergo non animal rationale erit cauſa ploratus, non valet, benè valebit dicere, quòd erit cauſa non riſibilitatis, quæ non riſibilitas maximè diſtat à ploratu, vt patet, inhibilitas enim eſt non riſibilitas, non tamen eſt ploratus.

Con-

*Controuerſ.1.ſuper tex.101.*

EXplicans Ariſto. quomodo ſcire quod, & ſcire propter quid pertineant ad diuerſas ſcientias dicit, ( ſcire quod eſt ſenſitiuorum, ) exponitur ideſt, eſt ſcientiarũ ſubalternatarum, at ſcire propter quid ( eſt Mathematicarum, ) exponitur ideſt, eſt ſcientiarum ſubalternantium, quia habent demõſtrationes per cauſas, Et addit, ( ꝙ plerumq; ignorant ipſum quod, ) Cui dicto obſtare videtur Ariſt. in. 2. huius tex. 8. vbi apertè fatetur Ariſt. non poſſe ſciri propter quid, ignorato ipſo quod; quis enim vnquâm demonſtrauit propter quid aliqua paſsio inſit ſubiecto ignorato quod inſit? at hic dicit poſſe ſciri propter quid, ignorato quod; Soluitur, contradctionem hanc quidquâm valere, quia Ariſt. 2. huius tex. allegato vult præcognoſci neceſſario quod ſit, ſi debemus præcognoſcere propter quid, vndè & ſi vna & eadem demonſtratione non habetur propter quid; & quod, impoſibile tñ eſt, vt argumentum probat, ſciri propter quid, ignorato quod, at hoc loco aliud vult, vult enim principia ſcientiarum ſnbalternatarũ cognoſci ꝙ ſunt vera à ſubalternatis, at propter quid ſint vera à ſubalternantibus, non eſt enim inconueniens Arithmeticum( exempli An poſſit ſciri propter quod, ignorato quod.

gram) ignorare ꝙ verum ſit aliquid principium reſpectu alicuius concluſionis, ſcire verò quod de illo principio materialiter, quatenus & concluſio propter quid ſit verũ à ſuis cauſis; Poteſt & ſecundo ſolui hæc cõtrouerſ. ꝙ Ariſt. 2. huius loquatur de præcognitionibus de quibus ſuprà, hoc autem loco inquit, ꝙ de vna, & eadem concluſione, vt exempli gratia, ꝙ angulus diſtans à baſi ſit maior, de hac concluſione, Geometra ſcit propter quid ſit maior per cauſas geometricas. Perſpectiuus verò à poſteriori, & ab effectu noſcit quòd eſt maior, quia ſi oculus ponatur in illo loco videbit baſim eſſe maiorẽ, de eodem ergo habita eſt duplex demõſtratio, vna concludens propter quid, alia verò quòd ſit, ſicq; ait Ariſt. ſcire propter quid, eſt ſubalternantis, ſcire verò quod eſt ſubalternatæ, & hoc alteri dicto non aduerſatur.

*Controuerſ. 2. ſuper eodem tex.* 101.

An quia vniuerſalia ſpeculantur, ſit verũ, ꝙ plerũque nõnulla ſigulariũ non nouere.

VErba Ariſt. ibidem in textu ſunt hæc, (Quemadmodum qui vniuerſale ſpeculantur, multoties nonnulla ſingularium non nouerunt, quia non aduertunt.) Quorum verborum ſenſus eſt ſatis clarus, quòd ij qui vniuerſalia ſpeculantur, plerumq; ſtat, ꝙ ignoret plurima ſingularium propter inanimaduertentiam; Oppoſitum videtur habere

2. huius tex. 33. & hæc controuerſ. magis erruitur ex 3, de Ani. tex. 39. vbi Ariſt. vult cognitionem intellectualem pendere à ſenſu, ſenſũ verò circà ſingularia verſari, dixit 2. de Ani. tex. 60. & dicet infrà tex. 134. hic modo oppoſitum videtur dicere, cum dicit, vniuerſale interdũ ſpeculari, ignorari verò ſingulare; Soluunt hanc controuerſ. quidã Neoterici ex ſententia Ioan. Gram. dicentes, impoſſibile eſſe vniuerſale cognoſci, non cognito ſingulari, poſſibile tamen eſſe, vt ſit aliqua inaduertentia ſingularium; quæ duo minimè ſe deſtruunt. Aliter poſſumus dicere, & fortaſſe melius, eſſe impoſsibile cognoſci vniuerſale ſine cognitione ſingularium in vniuerſum, fieri tamen poteſt, vt vniuerſale cognoſcatur, & aliquod ſingulare ignoretur, vt ſcimus omnem hominẽ eſſe riſibilẽ, ignorare tamẽ quis poteſt, an ij qui ſunt apud Indos ſint riſibiles. Et hoc ſecundum vult hic Ariſt. at 2. huius tex. 33. primum voluit.

*Controuerſ. ſuper tex.* 103.

Dicit Ariſt. nos per primam figurã tantum poſſe venari ipſam diffinitionem, & dat rationem, quia cum diffinitio ſit vniuerſalis, & affirmatiua, ex ea parte, qua eſt affirmatiua, non poteſt venari per ſecundam figuram, cum omnes concluſiones in illa (An diffinitio tantum poſſit venari per primã figuram.)

ſint

ſint negatiuæ; Ex ea verò parte, qua eſt vniuerſalis, non poteſt venari in tertia figura, cū illa tantummodo particulariter concludat; Huic ſententiæ Ariſt. ratio videtur obſtare, cum per Celarent, nec per alios primæ figuræ modos ſubſequentes illud præſtari poſſit, ob rationes ſuas, quibus probat ſecūdam, & tertiam inutiles eſſe ad inquirēdum quod quid eſt, ſeu ipſam diffinitionem, aptando ſingula ſingulis; Conſimilem controuer. habes ſuprà tex. 26. & eſt controuerſio tertia ſuper illo textu, ideò ibi vide; Dicit etiam hic diffinitionem eſſe vniuerſalem, & affirmatiuam, cuius oppoſitū ſuprà dixit tex. 79. pariter ſolutionem ibi videas.

# CONCILIATIONES

## CONTROVERSIARVM

## Super Secundũ Lib. Poſt.

Io. Lud. Chartarij.

*Controuerſ. j. ſuper tex. primo.*

PROPONIT Ariſtoteles hãc propoſitionem in ſuis primis verbis; (Quæſita ſunt æqualia numero ijs, quæcumq; ſcimus; Cui propoſitioni aduerſari videntur ea, quæ habet in 1. Top. Cap. 2. vbi conſtituit quatuor problemata, ſcilicet genus, diffinitionẽ, propriũ, & accidens, quæ tamen non coincidunt, ſicut notum eſt, cum ijs quæſitis; Inſuper, ſcita ſunt innumerabilia, vt patet in omni ſcientia, igitur nõ erũt tot quæſita, quot ſcita; Accedit, q multa quærũtur, quæ tñ nulla rõne ſciũtur, vt numerus ſtellarũ, ẽt quadratura circuli quæritur, cuius nũdũ ẽ habita ſciẽtia, vt Ariſt. aſſerit in Prædicamẽtis in Cap. de Relat. Tũ q cõtingẽtia quærũtur, quæ tñ nõ ſciũtur, cũ cõtingẽtiũ nõ ſit ſciẽtia. Huic ẽt ſentẽtiæ Ariſt. aduerſatur rõ; nã p ſcire, vel intelligit ſcire, q ẽ cũ certitudine, vel quod eſt p demõſtrationem;

An quæſita, et ſcita ſĩt æqualia.

nem; ſi hoc ſecundum dicat quis Ariſtotelem intelligere, patet tunc quæſita nõ eſſe æqualia ſcitis, cum ipſum qd eſt ſit quæſitũ, quod tamen non ſcitur per demonſtrationem; ſi autem intelligat ſcire cum certitudinẽ, videtur adhuc dictũ Ariſtotelis falſum; eõ quia principia ſcimus cum certitudine, quæ tamen non ſunt quæſita, cum in ſcientijs ſemper præſupponantur; quæſita ergo non erunt æqualia ijs, quæ ſcimus. Cæterùm veriſsima eſt propoſitio, ſi notemus mentem Philoſophi, quæ eſt hæc, quõd quæſita per inquiſitionem, ſeu quæ ſunt naturaliter ignota ſunt æqualia numero ſcilicet in vniuerſali, & ratione quadã generica ijs, quæ ſciuntur; non igitur erit dicendum Ariſtotelem tractare de quibuscũque; ſcitis; ſed tantùm de ijs, quæ nobis nota fiunt; poſtquàm eorum habuimus ſolutionem per medium terminum & hæc ſunt ea, quæ naturaliter ſunt ignota, ideõ fieri poteſt vt multa nobis ſcita ſint, quæ nunquàm antea fuere quæſita, vt exempli gratia, principia ſunt nobis cognita, de quibus nunquàm quis dubitauit; præterea multa ſciuntur vulgari cognitione, de quibus nõ eſt dubitatio, vt eſt ſcientia cõtingentium, cognitio ſenſus, & ea, quæ nobis poſſunt eſſe nota ſola terminorum cognitione, non ergo Philoſophus tractat de

quibuſcũque

quibuſcunquè ſcitis, nec de ijs loquitur numericè, ſed in vniuerſali; ideò nõ eſt neceſſarium, vt omne, quod in quæſtionem vertitur, ſciatur; cum plurima ſint, quæ ſunt ignotisſima, quorum non eſt ſcientia, licet posſint ſciri. Ex quibus patet ſolutio obiectionibus adductis. fuit vltima, in qua quærebatur de quo ſcire loqueretur Ariſtoteles, patet ipſum loqui de ſcire, quod eſt per inquiſitionem, ſicq; quæſita ſunt æqualia numero ijs; quæ ſciuntur per inquiſitionem, & econtrà; cum igitur principia non ſciantur per inquiſitionem, & in ſcientijs ſint ſuppoſita eſſe vera; idcircò ratio à principijs deſumpta nullius erit valoris: Si verò aliqs obijciat, igitur aliqua ſciẽtur, quæ non quæruntur; hoc erit admittendũ tamquàm Ariſtoteli conſonum, cum ſicut dictum eſt, eius mens non ſit, quòd quæ ſciuntur implicitè, ſint æqualia ijs, quæ quæruntur, ſed tantummodo velit ea, quæ per inquiſitionem ſciuntur eſſe æqualia in vniuerſali ijs, quæ quæruntur; Nec obſtabit ratio quorumdam dicentium in ſciẽtijs multa ſciri per inquiſitionem, quæ tamen non quæruntur, eo quia in ſcientijs non poſſunt fieri quæſita, quia ſi ſic in ſcientijs igitur fierent interrogationes, cum vbicumq; ſunt quæſita, ibi ſint interrogationes, in ſcientijs autem non poſ-

ſunt

ſunt fieri interrogationes;ſicut ex Primo Priorum,ac Primo Poſt.Cap.x.habetur;in ſcientijs igitur non erunt quæſita;Ratio hæc deficit, cum aſſumat falſum, videlicet inſcientijs non eſſe interrogationes; Cum Ariſt.Cap.xj. Primi Poſt.docuerit totum oppoſitum, nempè quamlibet ſcientiam propriàs habere interrogationes, quòd ſi Areſtoteles locis ſuperius citatis videtur negare,attendatur tunc in ſcientijs Ariſtotelem negare illas interrogationes, quæ dant poteſtatem aſſummendi vtramq; partem reſponſionis,eæ enim conueniunt Dialectico; admittit autẽ inſcientijs illas interrogationes,quæ circà vnam partem verſantur,& præcipuè circà partem determinatè veram: quocircà patebit inſcientijs eſſe quæſita; ſicq; in ſcientijs erit aſſerendum, ea quæ per inquiſitionem ſciuntur, quæri; Primæ rõni volentes aliqui occurrere cogitarunt diſtinctionem hanc de quæſitis, quòd alia ſunt topica, ſeù probabilia, quibus non vtitur demonſtrator,quædam verò ſunt analytica,ſeù demonſtratiua,dicuntq; Ariſtotelẽ hic tantummodo agere de demonſtratiuis; Quã ſolutionẽ reijcit Auerroes hic Commẽto Tertio dicens, quæſita topica eſſe quoq; demonſtratiua,eiſq; demoſtratorẽ vti, licet non eadẽ rõne, quocircà diſtinctio non erit

bona;

bona; Ioannes Gram: ac D. Thomas aliter reſpondent dicuntq́; quæſita in Top. numerata contineri ſub quæſito quia eſt, cum inquirãt inhærentiam prædicati in ſubiecto; quæ reſponſio ſatis optima eſt; ſed quæret ille cur Ariſtotoles ſub diuerſa forma poſuerit hæc quæſita in Topicis, & hoc in loco; Cui erit reſpondendũ, id Ariſtotelem feciſſe, quoniã in Topicis volebat oſtẽdere principia, à quibus argumenta probabilia poſſent deſúmmi; propterea fuit ſibi neceſſariũ ponere problema à genere, à diffinitione, à proprio, & ab accidente; hoc autẽ loco ſibi tantũ modò fuit mens oſtendere quæſita naturaliter ignota debere ſciri per inquiſitionẽ; Vel erit dicendũ cũ Auerroe hic Comẽt. Tertio, qui huic dibitationi, & ſuperiori ꝓpoſitæ ſatisfacit, dicens hoc in loco tantũmodò quæri res, quæ sũt extrà animã, in Topicis uerò res quæ sũt in anima; Res illæ dicũtur extrà animã quæ à parte rei obijciuntur tamquàm obiecta non fabricata ab intellectu, & huiuſmodi sũt quæſita hic ꝓpoſita; cũ enim quærimus, an res ſit, propter quid ſit talis, & alia quæſita hic ꝓpoſita, de re quæ extrà animam eſt, facimus mentionem; res autem eæ in anima dicũtur, quæ sũt ab anima, & ab itellectu excogitatæ, quẽadmodũ eſt genus, diffinitio

proprium

proprium,& accidens, quæ non conſiderantur, vt à parte rei ſunt, ſed vt anima hæc conficit, & interrogat an animal rationale exempli gratia competat homini, & alia; Cum igitur diuerſum ſit id quod hoc in loco quæritur, & in Topicis; diuerſa quoquè eſt forma quæſtionis; Quid verò ſit reſpondẽdum ſecundæ difficultati ex dictis clarum eſt, iam enim dictum eſt, non eſſe neceſſarium, vt omne, quod quæritur, ſciatur: Ceſſat etiam vltima ratio ex interpretatione data, dictum eſt enim, ea quæ quærũtur ſcientificè, eſſe æqualia numero in vniuerſali ijs, quæ ſciuntur; licet autem contingentia quærantur, non quæruntur tamen ſcientificè, ſed eo quæruntur modo, quo à nobis poſſunt ſciri.

*Controuerſ. 2. ſuper eodem tex.* 1.

An quæſita ſint numero quatuor.

SEquitur Ariſtoteles in textu (Quærimus autem quatuor,) in quibus verbis tradit numerum quæſtionum, ſeu quæſitorum, & ait eſſe quatuor, quibus verbis obſtare videtur Ariſtoteles in tex. 5. vbi incipit probare in omni quæſito inquiri mediũ, ſi ſic, igitur tantum erit vnum quæſitum, ſcilicet circà medium: Inſuper ſibi videtur contradicere, hic, & in tex. 6. in quo dicit idem eſſe quid eſt, & propter quid eſt; ergo illa duo erunt, vnum quæſitum, & nõ duo quæſita; Inſuper, ſibi

ſibi videtur cōtrarius hic,& Primo Poſt. tex. 2. vbi dixit,ſi eſt,& quid eſt eſſe præcognitiones:igitur non erunt quæſita, cum quæſitum, & præcognitio ad inuicem repugnent. Accedit, quòd ſi tātùm ſunt duæ præcognitiones; igitur tantùm duo erunt quæsita, & non quatuor ſicut hic ipſe affirmat. Quod etiam ratione confirmari poſſe videtur;duobus enim tantum modis quærimus ea, quæ quærimus ſcilicet cathegoricè, vel hipotheticè; duo igitur,& non quatuor erunt quæſita. Huic ēt ſñiæ repugnare videturdictū Ciceronis in ſua Topica Lib. 6. verſus finē dicētis, Tria eē cognitionis quæſita, ſ. ſi eſt, qd eſt,& quale eſt. Inſup plura quatuor videbūtur eē quæſita iuxtà ſñiam Auer. dicentis, p̄ter illa quatuor quæſita dari quæſitū quid nominis, quo inqrimus qd significat nomē;Cū ēt detur quæsitū, quo inqrimus quāta ſit magnitudo huius,vel illius rei; quo ēt inqrimus vbi hoc vel illud ſit, & alia huiuſmodi; plura igitur quatuor erūt quæſita; Ad hoc, vt hæc oīa de facili tollantur,veritas dicti Ariſtotelis priùs eſt adnotāda, quæ eſt,quòd res ſub propria ratione in ſcientijs tantùm quatuor quæruntur modis. dico (res quæ quærūtur ſub propria ratione) quia modi inquirendi quādoq; ſe tenent ex parte propoſitionum, vt ergo ij

excludantur modi, dixi, res quæ quæruntur ſub propria ratione, addidi in ſcientijs, ne difficultates, quæ fiunt de artibus afferāt moleſtiam; Quibus ſic ſtantibus, diſſoluuntur inſtantiæ; Ceſſabit prima, eo quia licèt Ariſtoteles voluerit in illis verbis in omni quæſito, quod quæritur, quæri mediū; non vult tamen, quòd medium ſit quæſitū; ſed illa dicit, vt nobis declaret ea quæ quæruntur, quæ eſſe plurima apparet, & illa eſſe ea quatuor, quæ ponit Ariſtoteles, Licet etiam dixerit idē eſſe quod eſt, & propter quid eſt, ob hoc non ſequitur duo tantùm eſſe quæſita, eo quia illa duo ſunt idem re, ſed differūt ratione, quia vnum explicat quiditatem rei ſimplicis, & eſt quæſitum quid eſt; quatenus verò dicit cauſam, ob quam prædicatum ineſt ſubiecto, dicitur propter quid, ſicq; ratione ſunt duo quæſita diſtincta, quia vna & eadē res duobus quæritur modis; Si autem Ariſtoteles dixerit loco ſuperius allegato ſi eſt, & quid eſt eſſe præcognitiones, attendat ille, nō eſſe inconueniens hæc dici præcognitiones, & quæſita; ſi enim rem eſſe, clarum ſit, vel ſaltē ſupponatur talem rem eſſe, tunc ſi eſt erit præcognitio, quæ eadē res, ſi nobis, an ſit, fuerit ambiguum, tunc ſi eſt erit quæſitum; idem quoquè erit dicendum de ipſo quid eſt; ſicut etiā

Primo huius tex. 2. fuit adnotatũ; Vel loquẽdo de ipſo quid eſt dicatur, ipſum quid nominis eſſe præcognitionem vt in pluribus, at ipſum quid rei eſſe quæſitum; Adhuc non ſequitur tantùm duo eſſe quæſita, licet tantùm ſint duæ præcognitiones, quia duæ tantùm ſunt præcognitiones, ſcilicet in vniuerſali, quæ tamen poſſunt applicari quatuor quæſitis; quæ vt applicantur quatuor illis quæſitis ſunt quoquè præcognitiones; Addatur, q̀ ſi duobus modis quærantur ea quæ quæruntur, ſcilicet cathegoricè, vel hipotheticè: ob hoc non ſequitur tantùm duo eſſe quæſita, quia hoc quod ſic dicitur, eſt verum, loquendo de propoſitionibus; at res ipſæ quatuor quæruntur modis dictis iam ab Ariſt. de numero quorum duo complexè quærunt, nempè quia eſt, & propter quid eſt: Nec authoritas Ciceronis in ſua Topica obſtabit, quia for taſſe ipſe per quale eſt, compræhendit etiam quæſitum quid eſt, & quæſitũ propter quid eſt, quod ſi negetur, erit dicendum Ciceronẽ ipſum fuiſſe diminutum: Auctoritas quoq; deſumpta ab Auerroe nullius erit roboris, eo quia ipsũ quid nominis non poteſt eſſe quæſitum, ratio eſt, quia ipſum quid nominis dubium nõ eſt, ſed clarum, cum ſit à ſapientibus acceptum, & cuiq; non liceat rebus imponere

do dixerim quòd non, ſicut ratio adducta probat: Addo etiam, quòd quæſita iſta duo ſi eſt,& quid eſt quandoq; veniunt in forum, quatenus nempè deſeruiunt ipſi quia eſt, at ſimpliciter, & abſolutè nō veniunt in forum idcircò tam acriter Rodulphus non debuiſſet loco allegato Ariſtotelem repræhendere: Sed adhuc pro exactiori iſtorum quæſitorū, ſeù quæſtionum cognitione, quæret quis cauſam, cur tantùm ſint quatuor, & non plures, nec pauciores: Cui ſic quærenti dico, quòd Philoſophi varias asſignant cauſas, & non inelegantes: Themiſtius, Ioannes Grammaticus, Euſtratius, Auerroes, Linconienſis hanc tangunt: de quacunq; re poſſumus inquirere quid compoſitum, vel ſimplex, ſi eſt compoſitum, vel quærimus, an prædicatum inſit ſubiecto, & eſt quæſtio quia eſt, vel quærimus cauſam cur inſit, & eſt propter quid: Si verò ſit ſimplex, vel petimus meram entitatem, & eſt, an eſt, vel petimus explicationem, & cauſam rei, & eſt quid eſt: Alia cauſa eſt hæc, ſcibilia ea ſunt, quæ ſunt vera; at illa ſunt vera propriè, quæ compoſitionem indicāt, & propoſitionem: propoſitio autem cum ſit compoſita ex 2. lib. Perhier, vel eſt de ſecūdo adiacente, vel de tertio; ſi eſt de ſecūdo petit duas quæſtiones, nempè an eſt, & quid eſt; ſi verò,

Cur tñ ſint quatuor quæſita propoſita.

ſit de tertio, duas alias quærit, nempè an talis ſit, & propter quid; Tertiam addit cauſam Euſtratius deſumptam ex numero cauſarũ, quæ quatuor ſunt, quatuor quoq; erunt quæſtiones, prima cauſa eſt materialis, à qua res habet an ſit: Secũda eſt formalis, à qua res habet qd ſit; tertia eſt efficiẽs, à qua res habet, an ſit talis; Quarta eſt finalis, à qua res accipit, pp qd ſit talis. Præcipuã cauſam aſſignat Auer. hic Com. 3. deſumptam à deſiderio noſtro naturali; non .n. eſt aliud, ꝙ natura inſtigante poſſimus quærere, quàm hæc quatuor; ideo quatuor erunt quæſtiones, ſeũ quæſita.

*Controuerſ. 3. ſuper eodem tex. 1.*

Cur Ariſtot. præponat quæſita compoſita quæſitis ſimplicibus.

POſt vniuerſalem propoſitionẽ acceptã, & adhuc poſtq̃ accepit numerũ quæſtionũ, ſeũ quæſitorũ, ea enumerat, & enumerando ea, ꝑponit quæſita complexa ipſis ſimplicibus: ꝑponit .n. quæſitum quia eſt, & pp qd eſt, quæ ſunt quæſita ponentia in numerum .i. quæ quærunt modo cõplexo, quæſitis ſi eſt, & qd eſt, quæ vocat quæſita simpliciter: In qbus verbis videtur redarguendus Ariſt. cũ non ſeruet rectum ordinẽ; cum ꝑponat quæsita cõposita ipsis simplicibus; in recto aũt ordine simplicia sint ꝑponenda quæsitis complexis. Saluãdo Ariſt. crediderim eſſe dicendum, ipſum ꝑpoſuiſſe compo-

ſita ipſis ſimplicibus, vt nobis daret intelligere, ſe pcipuè in hoc ſecundo libro de medio agere, quod mediũ principaliter inquiritur in quæſitis complexis: ſunt enim illa, quæ habentur per demonſtrationem; poſtpoſuit verò ſimplicia, quia illa quodam modo videtur coordinari ipſis complexis; Qua in re non erit audiendus Ioannes Grammaticus, qui aſſeruit Ariſtotelẽ incœpiſſe à quæſitis complexis, tanquàm à nobis notioribus; cum autem de numero quæſitorum complexorum quæſitum quia eſt, ſit nobis notius quæſito propter quid, ideò à quæſito quia eſt incœpit, & non à quæſito propter quid eſt: & ex hoc patet Sueſſanum malè redarguiſſe Ioannem Grammaticum, qui aliter eſt confutandus; dico igitur ſolutionem datam à Ioanne Grammatico nullam eſſe, eo quia ſæpe, & ſæpius quæſita ſimplicia ſunt nobis notiora, quàm ſint compoſita, quod eſſe verum conſtat ex Ariſtotele, qui in Capit. ſecundo ſubſequenti dicet; nos ſæpius habere ipſum quid eſt, & ignorare, an accidentia inſint ſubiecto: quare reſponſio Ioannis Grammatici non erit vera: Nec illud dictum compoſita eſſe nobis notiora, quicquàm obſtat; Cum illud dictum intelligatur de cõpoſitis ſimplicibus, quẽadmodũ ſunt cor-

pora naturalia, quæ ſunt ſimpliciora, quàm ſint eorum cauſæ. Nec etiam erit admittenda reſponſio Sueſſani dicentis Ariſt. potuiſſe præponere quodcũq; quæſitum, eo quia vtebatur inductione in probando ſufficientiam quatuor quæſitorũ, quæ inductio eſt ſingularium, vel eorum, quæ ſe habent vt ſingularia, inter quæ non eſt ordo; eius autem, quod non eſt, cauſa non poteſt reddi, cum talis reſponſio nõ reddat Ariſt. optimũ philoſophũ, cũ faciat ipsũ præpoſuiſſe quæſita cõpoſita ſimplicibus abſquè aliqua cauſa, quæ ordinis cauſa iàm patet; Sed cum cauſa ordinis, quo vſus eſt Ariſtoteles ſit aſsignata, ſtatim quis poſſet quærere, An inter hæc quæſita ſit ordo, & quis ſit; Cui reſponderem, quòd duplex eſt ordo, alius quo ad naturam, alius quo ad nos; ſi ſermo ſit de ordine quo ad naturam, quæſita ſimplicià ſunt præponenda compoſitis, cuius ſententiæ fuit Plato in Menone, qui dixit neceſſariũ prius eſſe, quærere quid ſit virtus, antequàm quæratur qualis ſit; Inter quæſita ſimplicia quæſitũ quid eſt præcedit quæſitum ſi eſt; ratio eſt, quia quæſitum quid eſt cauſam exprimit, quæ cauſa eſt natura prior; In compoſitis pari ratione quæſitum propter quid eſt prius; Si verò loquamur de ordine quo ad nos, quæſitum ſi

An inter quæſita ſit ordo, et qualis ſit

eſt

eſt præcedit omnia quæſita, cuius dicti ratio eſt hæc, quia nullus eſt, qui quidditatem rei poſsit cognoſcere, niſi prius cognouerit rem illam eſſe: aliquando tamen ſtat, quòd ſimul, & ſemel ſi eſt, & quid eſt habeatur; ſicut explicat Ariſtoteles paulò infrà: vt in pluribus tamen quæſitum ſi eſt præcedit ipſum quid eſt; præcedet etiam quæſitum quia, ratio eſt quia fieri nequit aliquē cognoſcere prædicatum in eſſe ſubiecto, niſi prius noueris ſubiectum; qua eadem ratione eſt aſſerendum præcedere ipſum propter quid: Quandoq; tamen ſtat, quòd quæſitum quid eſt præcedit ipſum quia eſt, in ordine quo ad nos: quamdoq; etiam è contra euenit: contingit enim, vt ex his, quæ prædicato inſunt, nos venari definitionem rei, tuncq; quia eſt præcedit ipſū quid eſt: ſicut 4. Phiſ. in explicatione textus primi doctè Simplicius declarauit.

*Controuerſ. quarta ſuper eodem tex. primo.*

An interrogatio facta per (vtrum) poſsit aptari problematibus analyticis.

VErſus finem primi tex. habentur hæc verba in Ariſt. (Et ſi à principio ſciremus quod deficit, non quæreremus vtrum.) quæ verba videntur Ariſtoteli manifeſtè repugnare in Primo Topicorū ponēti differentiam inter propoſitionem dialecticam, & problema dialecticū, dicebat in propoſitione dialectica nos quærere per putatio-

ne? In problemate verò per vtrum: Si igitur problemati dialectico vtrum adaptatur; quomodo ergo dicere hic poteſt, quòd ſi in principio ſciremus quod deficit, nõ quæreremus vtrum; ipſum igitur (vtrũ) videtur poſſe adaptari problematibus analyticis; Solutio eſt, quòd quando (vtrum) dat nobis poteſtatem accipiendi vtramq; partem; tunc problemati dialectico conuenit; at ſi aduerbio, vtrum, vtamur, vt partem veram aſſequamur; tunc problematibus analyticis conuenit.

*Controuerſ. 5. ſuper eodem tex. primo.*

An quia eſt, ppter quid eſt, & quid ẽ ſint quæſita.

Ex verbis Ariſtotelis clarè habetur quæſita quatuor eſſe hæc, quia eſt, propter quid eſt, ſi eſt, & quid eſt. Sed difficultas eſt circà vltima tria, quomodo posſint eſſe quæſita, cum tali ſententiæ obſtet ratio, & primò de ipſo propter quid eſt, quod cum nõ poſsit ſciri; igitur non poteſt eſſe quæſitum, quòd ipſum propter quid eſt, non poſsit ſciri, probatur, quia ſi ſic, ſciretur per alterum propter quid; & ſic eſſet proceſſus in finitũ; cum ergo non poſsit ſciri, ergo nec quæri, ergo non erit quæſitum: Ratione adhuc probatur ipſum ſi eſt nõ eſſe quæſitum, eo quia quodlibet quæſitum p̃cedit p̃cognitum; cum omnis doctrina, ac diſciplina fiat ex p̃exiſtenti cognitione; at ipſum ſi eſt non p̃cedit

aliquod

aliquod p̃cognitum;vt patet; igitur non erit quæſitum, Nec ipſum quid eſt poteſt eſſe quæſitum, quod pluribus comprobatur rationibus, & primò, quod ſupponitur non quæritur; at ipſum quid eſt in ſcientia ſupponitur, vt principium, vt habetur ab Ariſtotele Primo Poſteriorum Cap. ſecundo, vbi voluit diffinitionem eſſe poſitionem, quæ poſitio eſt principium demonſtrationis; Et ideò ibidem Cap. octauo docuit diffinitionem eſſe principium demonſtrationis, aut eiuſdem concluſionem, aut totam demonſtrationem poſitione differentem; igitur non erit quæſitum; Inſuper ſi ipſum quid eſt eſſet quæſitum; poſſet igitur ſciri per demonſtrationem; cum omne quæſitum per demonſtrationem ſciatur: at ipſum quid eſt demonſtratione ſciri non poteſt: igitur non erit quæſitum. Accedit quòd in omni quæſito quæritur cauſa: igitur ſi quid eſt; eſſet quæſitum in eo quæreretur cauſa, quod eſt impoſsibile, quia ſi ſic, talis cauſa non eſſet niſi alterum quid eſt; & ſic vnum quid eſt per alterum ſciretur; quod eſt abſurdum in doctrina Ariſtotelis, vt patet in tertio Capit: huius ſecundi, vbi repræhendit ipſum Xenocratem, qui vnum quid eſt animæ per alterum quid eſt inten-

intendebat demonſtrare. Quibus rationibus ſatisfacio,& primò primæ adnotando, quæſitum propter quid dici quæſitum, quatenus inquirit cauſam, ob quam prædicatum inſit ſubiecto: non autem quòd inquirat cauſam cauſæ,& ideò non ſequitur ꝙ ipſius propter quid inquiratur alterum propter quid: Secũda ratio,& ſi videatur probabilis,nihil tamen cogit; cum aliqua in parte aſſumat falsũ, nempè quæſitum ſi eſt non ꝑcedere aliquod ꝑcognitum, cum quid nominis ꝑcedat; tamquàm præcognitum, ſi eſt, vt ex Ariſtotele clarè habetur Quarto Phyſicorũ in tractatu de vacuo,vbi quærens, an vacuum ſit, prius præcognoſcere voluit, quid ſignificet hoc nomen vacuum: De ipſo quid eſt,notetur, ipſum dici quæſitum,quatenus eſt ignotum, & non ꝑſupponitur in ſcientia, ſed à nobis cognoſcitur per inquiſitionem,ſcilicet, vel per reſolutionem vel per diuiſionem:& ideò ratio prima erit nulla,quia iam clarũ eſt, quòd ipſum quid eſt, quatenus aſſumitur vt principium demonſtrationis, & ꝑſupponitur non eſſe quæſitum, ſed illud quid eſt quod non ꝑſupponitur in ſciẽtia, antequàm aſſumatur, vt principium demonſtrationis eſſe quæſitum, eo quia eſt ignotum, & per inquiſitionem poteſt fieri notum. Nec alia ratio erit

alicuius roboris, cum non ſit neceſſarium omne quod ſcitur, ſciri per demonſtrationem; ſed ſat ſit, vt per aliquam ſciatur inquiſitionem; Nec vltima ratio valet quicquàm, ſi prius adnotetur intellectus illius propoſitionis, in qua dicitur, In omni quæsito quæritur cauſa, q talis eſt, in omni quæsito quæritur cauſa, addatur, vel ob quam res eſt, vel explicans rei naturam, vt exempli gratia in quæsito si eſt, quæritur cauſa, ſcilicet ob quã cognoſcimus rem eſſe; In quæsito verò quid eſt, quærimus cauſam, ideſt qualis ſit illa cauſa, quæ conſtituit ipſum quid eſt, quæ à nobis cognoſcitur, vel per reſolutionem, vel per diuiſionem, licèt etiam quandoq; ſit manifeſta per demonſtrationem; At in quæſito, quia eſt, quæritur an ſit cauſa, ob quam prædicatum inſit ſubiecto: In quæſito vero propter quid quærimus cauſam, ideſt quærimus qualis ſit illa cauſa, ob quam p̄dicatum inſit ſubiecto: cum ergo dicitur in quæſito, ſi eſt, quæritur cauſa, dico quæritur cauſa, quæ cõſtituit ipſum quid eſt, non autem inquiritur cauſa, ob quam quid eſt ſit quid eſt ipſius diffiniti, Sed ſtatim quis obijciet dicens in quæſito ſimplici p̄fecto poteſt quæri cauſa, cum talis cauſa ſit eadem cum ipſo quæsito ſimplici? Erit reſpondendum insimul cũ Eu-

ſtratio

ſtratio hic, qui dicit, quōd res ſimplex alia eſt abſtracta à materia, vt Deus, Mens, & Intelligentiæ, in ijs cauſa non poteſt quæri; cum omnino ſit cum illis eadem. ſed ſi cauſa in illis quæritur, cognitionis tantùm cauſa quæritur à poſteriori; Aliæ ſūt res ſimplices quæ includunt materiam, vt ſunt corpora naturalia & tunc cum illorum cauſa ſit cauſa formalis, quæ exprimitur per diffinitionem, talis cauſa erit omninò diuerſa à rebus illis ſimplicibus; & tunc in huiuſmodi rebus poteſt quæri cauſa: sed replicabit, igitur diffinitio erit diſtincta à diffinito. Erit dicendum diffinitionem eſſe diſtinctam à toto compoſito; nō tamen à quidditate compoſiti, quæ exprimitur per definitionem: Ex quibus inferatur ſecundum græcos materiam non ingrædi diffinitionem veram, & propriè dictam: cuius etiam ſententiæ fuit Auerroes: licèt Latini oppoſitum ſentiant, ſcilicet non ſolum cauſá formalem; ſed & materiam ingrædi diffinitionem quæ cauſæ adhuc ſunt diſtinctæ à compoſito, quatenus dicit tertiam entitatem, diſtinctam à partibus eſſentialibus: Sed nunc hanc omittamus difficultatem, cum tempus non ſit, dicta illorum examinare; prò nunc græcorum opinio magis arridet; Vel facilius difficultati ſuperius propoſitæ reſpondeatur;

tur; in rebus ſimplicibus quæri cauſam, quæ & ſi re nõn ſit à rebus illis ſimplicibus diuerſa; ratione tamen eſt diſtincta; quatenus conſideratur vt cauſa, & res ſimplex vt cauſatum; ſicq; difficultates quàm plurimæ ſubterfugientur.

*Controuerſ. ſuper tex. ſecundo.*

Dicit Ariſtoteles duo eſſe quæſita, videlicet, ſi eſt, & quid eſt; Cuius oppoſitum ab ipſo colligitur in fine ſeptimi Metaph. vbi hæc habuit verba. Patet igitur in ſimplicibus non eſſe quæſtionem. quæ contradictio tollitur ibidem ex verbis ſubſequentibus, dum dicit; (Sed eſt alius quæſtionis modus, qui complexorum,) quam eamdem ſententiam & hic habet; ſed ſub alijs verbis, dicit enim; (Non nulla verò alio modo quærimus, vt ſi eſt, aut non eſt Centaurus, aut Deus:) Ex quibus verbis ſolutio hæc colligetur, in ſimplicibus nõ eſſe quæſtionẽ, ſcilicet, compoſitã. An ĩ ſimplicibus ſit quęſtio.

*Controuerſ. ſuper tex. tertio.*

Hic videtur Ariſt. ſibi implicare; cũ ſuprà in tex. Primo præpoſuerit quæſita compoſita ipsis ſimplicibus; hic verò mixtim ponit ſimplicia, & compoſita nam ſimul ponit, quia eſt, & si eſt ex vna parte; ex altera verò propter quid, Cur Ariſto. miſtĩ pponat q̃ſita ſimplicia cũ cõpoſitis.

quid, & quid eſt: Sed fortaſsis hac ratione ordinem permutauit, quia videbat in quæſitis quia eſt, & ſi eſt eodem modo quæri medium, ſcilicet an ſit; et in quid eſt, & propter qd eſt eodem modo, vt quid ſit medium tale.

*Controuerſ. ſuper tex. quarto.*

Cur Ariſt; quæſitū quia eſt, vocet quæſitū in parte.

IN hoc tex. adhuc Ariſtoteles ſibi videtur inconſtans, cum hic vocet quæſitum quia eſt, quæſitum in parte, at ſuprà tex. primo dixit, tale quæſitum ponere in numerū; Dicendum eſt cum Euſtratio, quæſitum quia eſt dici quæſitum in parte quatenus inquirit, an prædicatum insit ſubiecto, ꝙ. prædicatū eſt àliquid ſubiecti; nam vni ſubiecto poſſunt plura prædicata ineſſe, vt exempli gratia lunæ, de qua Ariſt: exemplificat, ineſt defectus illuminatio, ſphericitas; cū ergo in tali quæſito quæramus aliquid ipsius ſubiecti, tale quæſitum meritò ab Ariſt. vocatur quæſitum in parte: quod quæſitum dicitur ab Ariſtotele ponere in numerum, quatenus ſupponit propoſitionem conſtantem ex ſubiecto, & prædicato: Ioannes Gram. alio modo ſatisfacit huic difficultati, & dicit quæſitum quia eſt, eo quòd eſt compoſitū, appellari in parte, quia compoſitio ſecat in partes, vt apparet de ſubſtantià si diuidatur per differentias, quæ deindè additæ ipsi ſubſtantiè reddunt

illam

illam minus vniuerſalem, ideò in parte; ſic & compoſitio, quia ſecat in partes, cauſa eſt, vt quæſitum quia eſt dicatur in parte; Quæ Ioannis reſponſio aut vult id, quod in noſtra reſponſione dictum eſt ex Euſtratij mēte, aut verbis Ariſtotelis rectè adaptari non poteſt.

*Controuerſ. 1. ſuper tex. 6.*

Dicit Ariſtoteles, Cauſam eorum quæ ſunt, vel per ſe, vel per accidens inſunt ſubiecto, eſſe medium: Quod dictum ſi verum eſt: accidentium igitur, quæ per accidens inſunt ſubiecto erit demonſtratio; cum ipſorum ſit cauſa, vt medium; Cuius oppoſitum docuit Ariſt. Primò huius Cap. ſeptimo; vbi voluit accidentium, quæ non per ſe ſunt, non eſſe demonſtrationem. Dicere quòd accidentium, quæ per accidens ſunt, alia ſunt merè per accidens, quia non habent cauſam determinatam; alia verò ſunt per accidens, quatenus non proficiſcūtur à principijs intrinſecis ipſius ſubiecti; habent tamen cauſam determinatam; ſicut eſt defectus reſpectu lunæ, quorum accidentium eſt demonſtratio, & cauſa, ſed non perfecta ſimpliciter demonſtratio; at in primo huius loquutus eſt de demonſtratione ſimpliciter perfecta, & negauit horum accidentium eſſe demonſtrationem.

An accidentiū ſit medium, ſeu cauſa

*Controuerſ. 2. ſuper eodem tex. 6.*

An ea q̃ ſimpliciter ſunt, ſint ſubſecta.

Eclarãs hic Ariſtoteles ea, quæ ſimpliciter ſunt, ait hæc eſſe ſubiecta; ſed cũ accidentia(addo)posſint eſſe ſubiecta, quatenus de ijs demonſtrantur paſſiones; accidẽtia ergo erũt ſimpliciter entia, cuius oppoſitum ſcriptum reliquit Ariſt. 5. Metaph. dum dixit, accidentia eſſe entia, quia entis: Dicẽdum eſt, Ariſtotelem per ſubiecta intelligere verè ſubiecta, quæ ſcilicet per ſe ſubſiſtunt; quo modo accidentia non ſunt ſubiecta: Sed dicet ille, triangulus igitur non erit ſubiectum hoc pacto, cum non per ſe ſubſiſtat; Cuius oppoſitũ colligitur hic in tex. ab Ariſt. Crediderim triangulum nõ eſſe ſubiectum modo dicto; ſi verò Ariſt. vocat cũ ſubiectũ, loquitur de mente Antiquorũ, qui voluere res mathematicas eſſe ſubſtantias, & iõ Euſtratius dixit triangulum eſſe ſubſtãtiam mathematicam; Sed Iunior inſtabit, & dicet Ariſt. vocauit triangulum paſſionem Primò huius tex. 2. quomodo ergo hic dicit, triangulum eſſe ſubiectum: Non eſt inconueniens idem dici ſubiectum, & paſſionẽ diuerſis rationibus; quatenus de triãgulo demonſtrantur paſſiones, ſic appellatur ſubiectum; quatenus verò ipſe demonſtratur de alio, dicitur paſſio; vt enim de triangulo demõſtratur habere

bere tres angulos, dicitur ſubiectũ, vt in propoſitione 32. Primi Elemẽtorũ facit Euclides, vt vero triangulus demonſtratur de data linea, vt in primo Theoremate primi Elementorum demonſtrat Euclides, dicitur paſſio.

*Controuerſ. 3. ſuper eodem tex. 6.*

An cauſa materialis ſit prĩcipiũ in demõſtratione

AIt hic Ariſt. priuationẽ luminis ob interpoſitionẽ terræ eſſe cauſam pp quã defectus ineſt lunæ. Cui dicto repugnat ratio, quæ eſt, quòd cum priuatio luminis ſit cauſa materialis ipſius defectus, cauſa aũt materialis ſit in demonſtratione cõcluſio, & nõ prĩcipiũ, quõ ergo priuatio luminis ob interpoſitionẽ terræ poterit eſſe cauſa: pp q̃ defectus ineſt lunæ? Crediderim cauſã materialẽ reſpectu cauſæ formalis eſſe concluſionẽ demõſtrationis, vt infrà docebit Ariſ. quæ cauſa materialis ſi cõparetur ad eius effectũ, & præcipuè ſi ſit coniuncta cũ formali cauſa eſt priucipium demonſtraiionis; ſicut hic videtur Ariſt. innuere; Sed ingenioſus dubitabit, quõ interpoſitio terræ inter ſolẽ, & lunã poſſit eſſe cauſa formalis ipſius defectus lunæ, ſeu ipſius ecclipſis: cũ ſit eius cauſa efficiẽ, quæ cauſa efficiẽs cũ præcedat effectũ, nõ poterit eſſe principium demonſtrationis, in qua demonſtratur defectus de ipſa luna, & præcipuè cum infrà Ariſtot. diſputans de

cauſis doceat cauſam efficientem demõſtrari per effectum, non autem è contrà, effectum per cauſam efficientem. Reſpondendũ erit cauſam efficiẽtem in duplici eſſe diſcrimine; alia eſt, à qua effectus ſimpliciter, ideſt tam in eſſe, quàm in conſeruari dependet ab ipſa ita quòd nunquàm talis reperitur cauſa ſine ſuo effectu, de numero quarum eſt interpoſitio terræ reſpũ defectus, in quibus cauſis efficientibus licitũ eſt arguere à cauſa ad effectum; ſicq; poteſt eſſe principium demonſtrationis, quæ cauſæ efficientes ſolent obire vicem cauſæ formalis; Aliæq; ſunt cauſæ efficientes, quæ præcedunt effectum, quia non eſt neceſſarium tales cauſas ſemper eſſe ſimul cũ effectu; quæ tales cauſæ minimè poſſunt eſſe medium in aliqua demonſtratione, niſi effectus exiſtat, vel ſupponatur eſſe, de quibus loquutus eſt Ariſt. infrà; Et ſi quis adhuc obijciat cauſam, & effectum eſſe ad aliquid, & per conſequens ſemper eſſe ſimul; Dicam hoc eſſe verũ quatenus cauſa, & effectus accipiuntur pro habitudine, at ſi cauſa, & effectus accipiantur p re, quæ eſt cauſa, & pro re, quæ eſt effectus, ſic res, quæ eſt cauſa, eſt prior re, quæ eſt effectus, vt exẽpli gratia, raptus Hælenæ fuit prior deſtructione Troiæ.

*Controuerſ. 4. ſuper tex. 6.*

IMminet adhuc in hoc text. difficultas circà Ariſto. verba dicentis, (conſonantiam eſſe rationem, ideſt proportionem numerorum in acuto, & graui;) Quod dictum videtur falſum, eo quia conſonantia eſt ſonus, qui ſonus eſt qualitas, quomodo ergo poterit definiri per numerũ, qui eſt qualitas diſcreta? Dicendum erit conſonantiam non eſſe ſonum tantùm; ſed eſſe ſonum cum proportione, ideò erit definienda per proportionem. ſ. partium, quæ partes numeris compræhẽduntur, & ideò Ariſt. meritò definiuit cõſonantiam per proportionẽ numeri, & non per numerum tantùm. An conſonantia ſit ꝓportio in acuto, & graui.

*Controuerſ. 1. ſuper tex. 7.*

PRobat Ariſto. in omni quæſtione quæri medium, coniectura quadam ſumpta ab ipſis ſenſibus, & dicit q; quotieſcunquè non ſentimus effectum ſenſibilem, exempli gratia, an hic defectus ſit, vel non, quærimus an ſit medium, quòd ducat nos in talem cognitionem, cuius ſignum eſt, quòd ſi eſſemus ſuprà lunã, non quæreremus, An defectus eſſet, eo quia nobis eſſet manifeſtum medium ipſius defectus, quòd eſt interpoſitio terræ inter ſolem, & lunam, idcircò vtrunq; ſimul nobis eſſet notum. ſ. lunam deficere, & ꝑ ꝗd

deficit; Quæ ratio nulla videtur eſſe, cũ innitatur in impoſſibili; videlicet nos eſſe ſuprà lunam; vel vt alij textus legũt nos eſſe in luna, quod eſt impoſſibile. Eſt reſpondendum, quòd & ſi hoc ſit impoſſibile, Ariſt. loquitur ex ſuppoſitione; Addatur, nõ eſſe inconueniens, ſupponere aliquod impoſſibile, cũ præcipuè illud tale non repugnet propoſito; ſed ex tali res propoſita magis manifeſtatur, & ideò Ariſto. ſæpe impoſſibilia ſupponit, ſicq; in præſenti: vt etiam in primo huius in ſol. controuer. ſuper tex. 43. fuit declaratum.

*Controuerſ. ſecunda ſuper tex. 7.*

An inſimul habeãt quæ ſitũ ſi eſt & ꝓpter quid eſt.

VIdetur Ariſt. ſibi inconſtans hic, & in Primo Poſt. Cap. 24. hic dicit, quòd exiſtentes ſuprà lunam, ſimul habere mus defectum eſſe, & ꝑ quid; at Primo Poſt. loco præallegato inquit, quòd ſi eſſemus ſuprà lunam, cognoſceremus defectum eſſe; nõ aũt ꝑ quid. ſibi ergo contradicere videtur: Reſpondere Ariſt. hic velle nos exiſtẽtes ſuprà lunã ſcire, ſ. defectũ ineſſe lunæ ſingularẽ, ac ꝑ qd illius defectus ſingularis, At Primo Poſt. voluit, nos exiſtentes ſuprà lunã cognoſcere defectũ ineſſe lunæ: nõ aũt ꝑ quid defectus inſit lunæ vniuerſaliter, quod volens ibi ſignificare dixit (Omnino non ſcimus propter quid) quæ dicta Ariſt. ſic intel-

lecta

lecta non inuicem contradicunt, vt patet.

*Controuerſ. 3. ſuper tex. 7.*

INquit Ariſt. ĩ eodẽ tex. (manifeſtũ. n. eſt, ꝙ nũc deficit, ex hoc aũt factũ fuit vtiq; vniuerſale) In quibus verbis videtur Ari. dicere, immò dicit, ex vno ſingulari fieri poſſe vniuerſale; Cui ſententiæ repugnat vniuerſa Peripateticorũ ſchola, quæ aſſerit vniuerſale fieri ex pluribus ſingularibus; Quã ſententiã ſignificauit ẽt Ariſt. in 2. huius tex. 31. pariter, & 2. huius verſus finẽ; dicẽs ex pluribus ꝓpoſitiõibus ſingularibus fieri vniuerſalẽ ꝓpoſitionẽ. Erit rñdendũ; ꝙ quotieſcũq; plura ſingularia, ſ. exiſtere poſſunt, tunc ex ſingulaaibus fit vniuerſale, ſi verò ſit vniuerſale, quod ſub ſe tãtum poſſit habere, ſeũ habeat vnum ſingulare vna vice, tũc ex vno illo ſingulari ſæpius reiterato põt fieri vniuerſale, & quia ſub hoc vniuerſali, quod eſt defectus lunæ, eſt vna vice tãtum vnum ſingulare: ideo ex illo ſæpius reiterato vniuerſale fieri voluit Ariſto. pari modo in materia neceſſaria ex vna propoſitionẽ ſingulari ſæpius reiterata poteſt fieri propoſitio vniuerſalis: nec hoc Ariſtoteli repugnat: quando enim Ariſtoteles dixit, (ex pluribus ſingularibus fieri vniuerſale,) ſupponebat illud vniuerſale plura habere ſingularia, vel

An ex vno ſingulari cõſtituatur vniuerſale.

ſingulare ſæpius reiteratum habet rationem plurium ſingularium.

*Controuerſ. prima ſuper tex. nono.*

An Ariſt. rectè probet idem nõ poſſe ſciri p diffinitionẽ, & p demonſtrationem.

IN iſto contextu nono in duobus ſibi videtur Ariſt. inconſtans: & Primò cũ vnũ proponat, & aliud declaret, proponit enim An idem ſecũdũ idem poſsit ſciri per definitionem; ac per demonſtrationem; demum declarat non omne quod ſcitur per ſyllogiſmũ, ſciri per diffinitionẽ: Poſſumus duobus reſpondere modis huic difficultati & primò dicere per ſyllogiſmum Ariſt. intelligere demonſtrationem: ſæpe.n. Ariſt. confundit ſyllogiſmum prò demonſtratione; & ſi quis obijciat, & dicat, quòd ſyllogiſmi, qui fiunt in tertia figura, cum non ſint vniuerſales non poſſunt eſſe demonſtrationes; profectò non ſunt demonſtrationes propriè, ſed impropriè Vel ſecundo erit dicẽdum cum Euſtratiò hic Ariſt. probare, non omne id, quod ſcitur per demonſtrationem, ſciri per definitionem, cum dicit, non omne, quod ſcitur per ſyllogiſmũ, ſcitur per definitionem, ergo nec omne, quod ſcitur per demonſtrationem poteſt ſciri per definitionem, cum demonſtratio contineatur ſub ſyllogiſmo, & hoc maximè eſſe verum eſt manifeſtum, quia ſyllogiſmus ille, qui fit in Barbara, quem Ariſt. poſuit hic in tex: dicitur

citur eſſe demonſtratio, cum demonſtret triangulum habere tres, quem tamen per definitionem impoſsibile eſt ſciri; Apparet igitur Ariſt. probaſſe, non omne id, quod ſcitur per demonſtrationem, ſciri per definitionem: Sed dubitabit ille, & dicet, quòd ſi hæc cōduſio, omnis triangulus habet tres angulos per demonſtrationem ſcitur, hoc eſſe verum, quatenus talis concluſio ſcitur per medium, quod medium in demonſtratione eſt definitio; ſic ergo idem poterit per demonſtrationem, ac definitionem ſciri. Erit dicendum talem concluſionem non ſciri per difinitionem in ſe conſideratam, eo quia complexorum non eſt diffinitio; ſed dicitur ſciri per diffinitionem, quatenus ipſi coordinatur demonſtrationi; ſicq; non per diffinitionem; ſed per demonſtrationem ſciri dicitur talis concluſio.

*Controuerſ. ſecunda ſuper tex. nono.*

INquit Ariſtoteles in tex. quòd diffinitio eſt vniuerſalis, & affirmatiua; cuius oppoſitum Primo huius tex. 81. docuit Ariſt; ſeparans enim diffinitionem à ſuppoſitione, dixit, quòd diffinitio nec vniuerſalis, nec in parte, ideſt, particularis eſt, ibidem etiam tex. 14. dixit diffinitionē nō dicere eſſe vel nō eſſe, ideſt, nō eſſe affirmatiuā, nec negatiuā; Verba huius contex. An diffinitio ſit vniuerſalis, & affirmatiua.

ſic

ſic ſunt intelligenda, diffinitio eſt vniuerſalis, ideſt rei vniuerſalis; eſt enim ipſius quid eſt, quod quidē eſt vniuerſale: In primo tamen huius loco allegato negauit diffinitionem eſſe vniuerſalem, vel particularem, ideſt eſſe propoſitionem vniuerſalem cum ſigno, vel particularem, ſicq; nulla eſt contradictio; Pari ratione cum dicit diffinitionem eſſe affirmatiuam, ſic eſt intelligendus Ariſt. ideſt, traditur per modum affirmationis, & non ꝙ ipſa propriè loquēdo ſit affirmatiua; & ideò Primò huius locis ꝑcitatis fatebatur Ariſtot. diffinitionem non dicere eſſe, vel non eſſe.i. nō eſſe propoſitionem affirmatiuam, vel negatiuam; Sed quis acutè replicabit contrà hāc ſolutionem, & dicet ꝙ Ariſt. dum dicit diffinitionem eſſe affirmatiuam, intelligit, quòd eſt propoſitio affirmatiua, cuius ſignum eſt, quia Ariſto. dixit, id quod ſcitur per ſyllogiſmum in ſecunda figura, eſt negatiuum, & per illud negatiuum intelligit propoſitionē negatiuam; Etiam addidit quòd non omniū affirmatiuorū in prima figura eſt diffinitio, per quæ verba intellexit concluſiones affirmatiuas; Niſi voces eſſent intelligēdæ ſecūdū ſubiectā materiā, dubitatio hæc ꝑfectò eſſet moleſta: qa ergo diffinitio non poteſt eſſe vniuerſalis, niſi eo quo dictū eſt modò, idcircò

circò verba Ariſt· ita ſunt intelligenda, Sed adhuc ille replicabit; igitur Ariſt. in tex,nihil hẽbit,nec ad ſuũ arguet ꝓpoſitũ;Immò oẽ qđ vult, obtinet qa cũ ſyllogiſmi in ſecunda figura ſint negatiui, diffinitio verò tradatur per modũ affirmationis, idẽ nõ poterit ſciri p tales ſyllogiſmos;& p diffinitionẽ; pariter cũ diffinitio ſit rei vniuerſalis,ſyllogiſmi aũt in tertia ſigura demõſtrent p̃dicata de ſubiecto nõ ea rõne,qua vniuerſalia,idẽ nõ poterit ſciri per illos ſyllogiſmos, ac p diffinitionẽ: in primo verò mõ primæ figuræ cõcluſio quæ ſcitur ẽ vniuerſalis,& affirmatiua: diffinitio aũt cũ ſit rei vniuerſalis, & p modũ affirmationis tradita: idcircò nõ ſequitur idẽ ſciri p talẽ ſyllogiſmũ,ac p diffinitionẽ: Poſſet ẽt dici Ariſt·hic dixiſſe diffinitionẽ eẽ vniuerſalẽ,ac affirmatiuã, quatenus diffinitio ipſa applicatur diffinito, & nõ eſſe loquutũ de diffinitione in ſe,ac ſui natura accepta, ſic.n.nec vniuerſalis,nec affirmatiua eſſe poteſt.

*Controuerſ. ſuper tex.* 11.

Verba Ari.in tex.iſto ſũt(Nihil.n.vnq̃ diffinièntes nouimus,neq; eorũ,quæ p ſe ĩſũt, neq; accidẽtiũ)ĩ quibusverbis vult Ari.ꝙ ex ipſa diffinitiõe nõ cognoſcimus accidẽtia quæ p ſe ĩſũt ſubiecto,neq; quæ p accidẽs,cũ talia accidẽtia nõ aſſumantur in diffinitione: An p dif finitionẽ cognoſcãtur accidentia.

Oppo-

Oppoſitum tamen perſuadere videtur ratio ipſa; cum ipſorum accidentium ſit definitio; Reſpondendum erit breuiter; ꝙ accidentium eſt diffinitio, quatenus habent rationem ſubiecti, quæ tamen ſi conſiderentur, vt inſunt per ſe, vel per accidens ſubiectis nequaquàm per diffinitionem cognoſcuntur; ſed per demonſtrationem; Si autem quis obijciat verba Ariſt. Primo de Anim: tex. 11. ac Quarto Phy. tex. 32. dicentis, Vana eſt diffinitio; ex qua nõ cognoſcimus accidẽtia, quæ per ſe inſunt ſubiecto, Ex quibus verbis colligitur; accidentia, quæ per ſe inſunt ſubiecto, nos etiam diffinitione cognoſcere; Cuius oppoſitũ hic docet Ariſt. Crediderim vanã eſſe illam diffinitionem, quæ ſumpta vt mediũ in demonſtratione accidẽtia propria nõ declarat; ſicq; locis prææallegatis Ariſt. eſt intelligendus.

*Controuerſ. 1. ſuper tex. 14.*

An diffinitio ſit prĩcipiũ demõſtrationis.

CLarè dicit Ariſt. Principia demonſtrationum eſſe diffinitiones, tũc ſic, principia demonſtrationum dicũt eſſe, vel non eſſe, igitur definitio dicet eſſe, vel non eſſe; cuius oppoſitum dilucidè habetur Primo huius contex. 14. Eſt dicendum definitiones eſſe principia demonſtrationum, ideſt ꝑdicata, quæ ſciuntur per diffinitionem, applicata ſubiecto ſunt principia demõſtrationum:

num; ſicq; contradictiõ eſt nulla; Sed ille inſtabit dicens, talia prædicata non poſſe dici diffinitiones, cum diffinitio non dicat eſſe, vel non eſſe; Erit dicendum talia prædicata dici diffinitiões, quatenus diffinitio illa explicat, quorum ꝑdicatorum nequaquàm eſt demonſtratio, etiã ſi applicentur. Ad ſenſum itaq; dictum aſſerit Ariſtoteles principia demonſtrationum eſſé diffinitiones quatenus, ſcilicet ꝑdicata, quæ per diffinitionem explicantur, conſtituunt principia demonſtrationis.

*Controuerſ.2 ſuper tex.14.*

IN fine tex. accipit Ariſt. tamq̃ ſuppoſitũ; diffinitionem eſſe principiũ indemõſtrabile. Quod tamen ab ipſo eſſet probandũ, cum ille, qui arbitratur eiuſdem eſſe diffinitionem, & demonſtrationem, negaret diffinitionem eſſe principium indemonſtrabile, cũ ergo hoc aſſumat abſquè vlla probatione videtur petere principium i. aſſumere id quod eſt ab ipſo probandum: Crediderim Ariſtot. hoc ſupponere tanq̃ ab ipſo declaratum Primo huius Cap. 2. vbi dixit, diffinitiones eſſe principia demõſtrationum; & infrà etiam in hoc ſecundo hoc declarabit, idcircò nequaq̃ principium petit.

in ſubſequentibus: breuiter tamen vt contradictioni ſatisfaciam, dico paſſionē quamdoquè ſumi vnà cum eius diffinitione, vt principium ſcientiæ: quamdoquè verò accipi, vt demonſtratur de ſubiecto per diffinitionem paſſionis, quibus modis accepta ſic de ea ſupponitur quid rei: Quandoquè ſumitur paſſio; vt demonſtratur de ſubiecto, non tamen per eius diffinitionem, quo accepta modo ſat eſt de ea præcognoſcere quid nominis; Pariter eſt dicendum de ſubiecto, quamdoquè accipitur, vt principium ſcientiæ vnà cum eius diffinitione, & tunc ſcientia ſupponit quid rei ipſius ſubiecti; aliquando accipitur ſubiectum, vt per eius diffinitionem demonſtratur paſſio, quo etiam modo de ipſo ſupponitur quid rei: Aliquando accipitur ſubiectum, vt de eo demonſtratur paſſio, ſed non per diffinitionem ſubiecti, & tunc de eo ſufficit ſupponere, quid nominis, ſeù quid ſignificat; Cum igitur Ariſtoteles hic ſignificet ſcientiam ſupponere quid rei, de ſubiecto, & de paſſione, dicendum eſt ipſum accipere hæc, vt ſunt principia ſcientiæ, vt ſcilicet vnitas, & impar cum eorum diffinitionibus fiunt principia Arithmeticæ: at in Primo huius locis præcitatis dixit de paſſione, ac ſubiecto pſupponi

quid ſignificat, ideſt, quid rei, vel ad minus quid nominis, cum quid ſignificat, vtrumq; comprahendat, & quid rei, & quid nominis: Nec eſt, q quis obijciat, dicens, de paſsione quo pacto poteſt præſupponi quid rei, cum ignoramus an paſsio ſit; quid rei autem ſemper ſupponit rem eſſe. Arbitrarer nos præcognoſcere paſsionem eſſe, at ignorare an inſit ſubiecto; idcirco cū Ariſt. dicat, de paſsione non præcognoſcimus an ſit intelligit, quòd de ea nō præcognoſcimus, an inſit ſubiecto.

*Controuerſ. ſuper tex. 16.*

An genus prædicet de differentiis, & differentiæ de genere.

Verba hæc habet Ariſt. in tex. iſto, Neq; animal prædicatur de bipede, nec bipes de animali; neq; figura de plano: non enim planum eſt figura, neq; figura planum: Ex quibus colligitur verbis, genus nō prædicari de differentijs, neque differentias de genere; Cuius oppoſitum videtur colligi ex Porphyrio, qui dicit ſubſtantiam prædicari de corporea, & incorporea, & è conuerſò, differentiæ prædicantur de genere, nam dicimus, quòd animal eſt animatum. Et ſi videatur poſſe hæc colligi, notetur quòd Ariſt. de definitione loquitur, & nō abſolutè, nam dicit in tex. In diffinitione verò nihil alterū de altero prædicatur, vt exemplis dictis declarat: An modò abſolutè loquendo genus

poſsit

poſſit prædicari de differentijs, & e contrà, differentiæ de genere, hoc eſt declarandum; & videtur quòd ſic, vt probatum eſt. Breuiter eſt reſpondendum, quòd differentiæ aliæ ſunt diuiſiuæ, ſcilicet generis, aliæ verò ſunt conſtitutiuæ, ſcilicet ſpeciei, ſine dubio differentiæ conſtitutiuæ poſſunt prædicari de genere; quia quoquo modo ipſum continent, habentq; rationem totius; at diuiſiuæ nequaquàm poſſunt de genere prædicari: sed quomodo de differẽtijs prædicetur genus, eſt dicendum, quòd genus aliud eſt generaliſſimũ, aliud ſubalternum eſt: Si ſermo ſit de genere generaliſſimo, hoc tale genus cũ ſit ſimplex potest de differẽtijs prædicari, quæ ſunt ſimplices; at ſi loquamur de genere ſubalterno, nullo pacto prædicatur de differentijs, cuius ratio eſt, quia tale genus eſt compoſitum; differentiæ verò ſunt ſimplices, compoſitum autem de ſimplici minimè poteſt prædicari: Si verò quandoq; tale genus videatur prædicari de differentijs, hoc non eſt, vt differentiæ ſunt; Sed quatenus implicant ipſam ſpeciem; hæc nunc ſint ſic dicta, quia diffuſius in primo huius in ſolutione controuer. 4. ſuper text. 30. de hoc diſtinctè habita fuit diſputatio.

*Controuerſ. ſuper tex.* 18.

An quid ſit pars ipſius qa eſt.

NEgat Ariſtoteles in fine huius context. quid eſt eſſe partem ipſius quia eſt, & econtrà, quia eſt eſſe partem ipſius quid eſt; dicit enim in vltimis verbis tex. (Non enim eſt alterius alterum pars) Oppoſitum ab ipſo colligitur Primo huius contex. 64. ibi colligitur, diffinitionem eſſe partem demonſtrationis, eſt enim principium demonſtrationis, aut eiuſdem concluſio: igitur quid eſt erit pars ipſius quia eſt, quod per demonſtrationem ſcitur, valet enim conſequentia, eo quia ſicut ſe habet diffinitio ad demonſtrationem, pariter & id, quod ſcitur per diffinitionem ad id, quod ſcitur per demonſtrationem: Controuerſia hæc oritur ex æquiuocatione iſtius nominis (pars) quæ pars aliquando accipitur pro parte integrali, quæ pars minimè eſt neceſſarium quòd denominetur nomine totius; Sumitur etiam pars pro parte eſſentiali, ſicuti eſt anima, reſpectu animalis, ac eius materia; quæ talis pars nequaquàm nominatur nomine totius: Alia eſt pars ſubiectiua, quæ nomine totius nominatur. & eſt minus commune immediatè contentum ſub magis communi, vt exempli gratia, homo eſt pars ſubiectiua animalis, quia ſub animali immediatè continetur:

tinetur; & ſicut dictum eſt de parte ita dicendum de toto, tunc erit perpendendum, quæ ſit illa pars, quæ ſcitur per idem inſtrumentum, quo & totum, & dicendum eſt, quòd eſt pars ſubiectiua, & hoc eſſe verum conſtat ex exemplo Ariſtotelis in textu de Yſochele; qui eſt pars ſubiectiua trianguli, cum autem diffinitio non ſit pars ſubiectiua demonſtrationis ſed eſſentialis, vel integralis, ita quoquè quid eſt non eſt pars ſubiectiua ipſius quia eſt, non enim poſſumus dicere, quid eſt eſt quia eſt; idcircò nequè per idem inſtrumentum poterit ſciri quid eſt, & quia eſt; Sed inſtabit ille dicens quid eſt materiale demonſtratur de diffinito, & per conſequens conſtituit quia eſt; ergo quid eſt erit pars ipſius quia èſt: Dicendum eſt primò Ariſtotelem loqui de quid eſt propriè, quod eſt quid eſt formale; Vel ſecundò eſt dicendum, quòd ſi quid eſt materiale demonſtratur de diffinito, tunc non conſideratur vt quid eſt per ſe; ſed vt diffinito eſt coniunctum; at Ariſtoteles loquitur de quid eſt per ſe ſumpto.

*Controuerſ. ſuper tex. 19.*

An cuius eſt diffinitio, ci' omnis ſit demonſtratio.

EPilogat Ariſtoteles eſſe manifeſtũ, quòd neq; cuius eſt diffinitio, eius omnis eſt demonſtratio, nec econuerſò: quæ concluſio fuit ab ipſo Ariſtotele multis rationibus comprobata: Cuius oppoſitum ratio perſuadet; nam ipſius trianguli, de quo ſæpius Ariſtoteles exemplificat, eſt diffinitio, & demonſtratio, demonſtratur enim de data linea: Pariter prædicata; quæ conſtituunt diffinitionem materialem, vt exempli gratia, Accenſio ſanguinis circà cor, habentur per diffinitionem, & demonſtrationem; ergo eiuſdem erit diffinitio, & demonſtratio, Vt huius difficultatis facilis ſit ſolutio, Noto in primis ſenſum verum concluſionis propoſitæ, qui eſt talis; Idem ſecundum eadem prædicata, ac ſecundum eamdem rationem non poteſt ſciri per diffinitionem, ſcilicet formalem, ac per demonſtrationem, tunc ſoluuntur rationes, & prima ceſſat, quia ſi ipſius trianguli eſt diffinitio, & demõſtratio, hoc eſt ſecundum diuerſas rationes; de triangulo enim per ſe conſiderato eſt diffinitio, eiuſdem verò eſt demõnſtratio ſi cõſideretur, vt ineſt alteri; Ceſſat ẽt ſecunda ratio, quia iam dictum eſt, ſermonem eſſe de diffinitione formali; inſtantia adducta eſt de materiali; Vel poſſumus ſe-

cundò

cundò dicere illa prædicata ſecundũ diuerſas rationes ſciri per diffinitionem,ac per demonſtrationem; ſciuntur enim per diffinitionem, quatenus explicant naturam materialẽ ipſius diffiniti,quæ p̃dicata demũm ſi conſiderentur,vt inſunt ipſi diffinito,ſciuntur tũc per demonſtrationẽ; quare ex intellectu dato ceſſant hæ, & multæ aliæ rationes, quibus probari poteſt eiuſdem eſſe diffinitionem,ac demonſtrationem.

*Controuerſ. 1. ſuper tex. 20.*

TExtus iſte videtur difficilis, cum in eo adſint quinq; difficultates, quarum prima eſt, quòd Ariſt. proponit in principio iſtius tex. eſſe inquirendum, An ipſius quid eſt ſit demonſtratio, vel non: Vanus videtur eſſe labor ſuus, & ſibi contrarius hic, & ſuprà text. 14. in quo dixit diffinitiones eſſe indemonſtrabiles: ad quid igitur quærit, an ipſius quid eſt ſit demonſtratio; Cumquè etiã ſemper ſtuduerit bræuitati; ad quid iterum quærit an ipſius quid eſt ſit demonſtratio, ſi iam dixit diffinitiones eſſe indemonſtrabiles, ſuperfluus igitur eſt, & vanus labor ſuus. Ceſſant hæc, quia animo fuit Ariſtoteli, ea quæ ſuprà confusè dixit, nunc diſtinctè explicare, adducens omnes modos, quibus videri poteſt ipſius quid eſt eſſe demonſtra-

An ipſius quid eſt ſit demõſtrat.

tionem,& illos reijcere demonſtrando omnes petere principium, ſicut facit demùm in præſenti capite.

*Controverſ. 2. ſuper tex. 20.*

An rectè ponat Ariſtot. ipſius qd eſt eſſe ſyllogiſmum, & demonſtrationem.

INquirit Ariſt. an ipſius qd eſt ſit ſyllogiſmus, & demonſtratio, demum probat tantū ipſius quid eſt non eſſe demonſtrationem; dimminutus igitur videtur eſſe. Eſt dicendū, quòd ſyllogiſmus duppliciter accipitur: vno modo vt generat aliquam cognitionem, vndè dicebat Alexander Aphrod. Primo Priorum quòd ſyllogiſmus ille, qui non generat aliquam cognitionem, non eſt vocandus ſyllogiſmus, quomodo hic ab Ariſtotele accipitur ſicq; coincidit quodam modo cum demõſtratione, alio accipitur modo, videlicet quo ad eius ſtructuram, & compoſitionem tantum; ſicq; ab eo conſideratus eſt in Primo Priorū; qua diſtinctione ſtante ſoluitur difficultas propoſita: Soluitur pariter, & difficultas illa, qua quæritur, An ſyllogiſmus peccans in materia ſit ſyllogiſmus. Dicendum enim eſt, quòd ſi ſumatur ſyllogiſmus, vt habet aliquā generare cognitionem, ſic poteſt dici ſyllogiſmus, qui ſi conſideretur quo ad eius ſtructuram nõ eſt dicendus ſyllogiſmus, quia eſt malè conſtitutus, ac ordinatus.

*Controuerſ. 3. ſuper tex. 20.*

ACcipit Ariſtoteles in tex. quòd diffinitio eſt proprium quod prædicatur in eo quod quid eſt: ſicut etiam ab ipſo eſt dictum Primo Topic. At pluribus in locis dixit Ariſtoteles diffinitionem eſſe orationẽ explicantem eſſentiam, ſeù quidditatem rei. Attendendum eſt diffinitionem diuerſimodè conſiderari; nam diffinitio quandoq; conſideratur ſecundum eius propriam naturam, quo modo accepta eſt ea, quæ explicat quidditatẽ rei; quãdoq; verò conſideratur vt prædicatum eſt, & tunc diffinitur per prædicari in quid, vt fecit Ariſtoteles Primo Top. conſiderans ibi diffinitionem vt prædicatũ; ſicq; difficultas nulla erit. Quomodo diffinitio prædicet in quid, & ſit oratio explicãs, &c.

*Controuerſ 4. ſuper tex. 20.*

IN hoc etiam contex. docet Ariſt. quòd ſi debet diffinitio demonſtrari de aliquo, vt quid eſt, neceſſe eſt addere particulam illam, vt quid eſt, maiori extremitati, & medio termino; Oppoſitum huius videtur dicere Ariſtoteles Primo Priorum, vbi manifeſtè docet, reduplicationem tantum eſſe addendã maiori extremitati, & nõ medio termino: Cõtradictionem hanc ferè omnes expoſitores, & Græci, & Latini ſoluunt, cõcorditer dicentes ſyllogiſmum factum in tex. ab Ariſtotele, An redu plicatio ſit addenda maiori extremitati, & medio termino.

nõ eſſe reduplicatiuum, ſed duplatiuum, ſeũ duplantem, & prò eius intellectu norãdũ eſt diſcrimen magnum eſſe inter ſyllogiſmũ reduplicatiuum;& duplatiuum, ſeu duplãtem; nam ſyllogiſmus reduplicatiuus eſt ille, qui reduplicatiuus eſt ipsius medij termini, aut minoris extremitatis, ita q; replicat mediũ terminum, vel minorem extremitatem in maiori propoſitione ex parte pdicati, & de hoc loquutus eſt in Primo Prior. Syllogiſmus verò duplatiuus, ſeu duplãs eſt ille; qui in propoſitionibus bis accipit aliquid idem, itaq; in vtraq; propoſitione idem accipit, & ſic eſt ſyllogiſmus ab Ariſtotele factus in tex. cum in vtraq; propoſitione accipiat particulã illã vt quid eſt, ſeũ vt diffinitio, qui talis ſyllogiſmus duplãs fit quotieſcunq; volumus ſyllogizare prædicatum aliquod ſpecificatũ de aliquo ſubiecto, & ſic eſt ſyllogiſmus Ariſt. quo ſyllogizat de homine animal bipes, vt quid eſt; eſt enim probatio prædicati ſpecificati de ſubiecto, & ideò accipiendo ſcilicet in vtraq; propoſitione illud quid eſt, quæ particula eſt duplatiua, ſeũ ſpecificatiua, tũc talis probatio dicitur ſyllogiſmus duplatiuus, ſeu ſpecificatiuus: Vt autem hæc ſolutio dilucida reddatur, cum factus ſit ſermo de reduplicatione, venit notandum Primò

quid

quid ſit reduplicatio propriè accepta, Secundò, quæ ſunt illæ particulæ quæ cauſant reduplicationem; Tertiò quid ſit illud quod in ſyllogiſmo debet reduplicari, & quis ſit ille terminus cui addenda eſt reduplicatio, quibus declaratis, quō differant reduplicatio, & ſpecificatio inter ſe erit clarum, & prò explicatione primi exordium ſumo à ſecundo, & dico, q̄ dictiones reduplicatiuæ sūt iſtæ.ſ.vt, inquantum, quatenus, quæ ſi eamdē rem reduplicent, dicuntur propriè reduplicatiuæ ſicut ſi dicamus ens inquantum ens, animal quatenus animal, homo vt homo, quæ dictiones ſi eamdem non reduplicent rem, ſed diuerſam afferant à prima, tunc tales dictiones dicūtur ſpecificatiuæ non autem reduplicatiuæ, quia ſpecificant quo pacto res illa intelligatur, vt ſi dicam, homo quatenus rationalis tunc illa dictio (quatenus) eſt dictio ſpecificatiua; Ex his colligitur quid ſit reduplicatio, quæ nil aliud eſt, quàm reiteratio eiuſdem rei per hanc dictionē, quatenus, ſeu inquantum, vel vt; ſi verō eiuſdem rei nō fiat reiteratio, appellabitur ſpecificatio; Patet etiàm quomodo reduplicatio, & ſpecificatio interſe differant, nam reduplicatio facit ſtare terminum, cui additur ſub ratione vniuerſali, vt conſtat in exemplis datis: at ſpecificatio

Quæ ſint dictiones reduplicatiuæ

Quę ſint dictiones ſpecificatiuæ.

Quid ſit reduplicatio & quomodo dfferat à ſpecificatione.

ficatio nequaquàm: In ſyllogiſmo terminus qui reduplicatur, ſi Ariſtoteli fides eſt adhibenda Primo Priorum, eſt medius terminus, qui reduplicatur, quotieſcunquè volumus manifeſtare ipſum medium terminum eſſe cauſam ob quam maior extremitas ineſt minori extremitati, ita quòd ob eam rationem, per quam maior extremitas prædicatur de medio termino, & per eamdem prædicatur de minori extremitate. Ex his apparet talem reduplicationem eſſe addendam maiori extremitati, & non medio termino, neq; minori extremitati, & hoc cum intendimus manifeſtare in conclusione cauſam, ob quam maior extremitas ineſt minori extremitati; Ex quibus omnibus declaratis hæc duo ſunt colligenda, Primum quòd in tali ſyllogiſmo reduplicatiuo non debet reduplicari maior extremitas, & ratio eſt, quia propoſitio redderetur falſa; vel in intelligibilis, qđ declaro, nã ſi maior extremitas ſit in plus, ſeũ ſit communior quàm medius terminus, vel minor extremitas propoſitio redditur falſa, ſicut hæc eſt, homo eſt animal quatenus animal: tunc enim ſignificat hominem eſſe omne animal; Si verò maior extremitas, quæ reduplicatur ſit æqualis: tunc propoſitio non eſt intelligibilis, vt hæc eſt, homo eſt riſibilis quatenus riſibilis: hæc enim

enim propoſitio videtur ſignificare riſibile in eſſe ipſi homini per ipſum riſibile. Secundò colligatur, quòd ſecũdũ Ariſtotelem non eſt negandum, minori extremitati non poſſe addi reduplicationem ſui ipſius, cũ Ariſtoteles Primo Priorum voluerit reduplicationẽ ipſius medij termini addendam tantum eſſe maiori extremitati, vt per eam manifeſtemus cauſam, ob quam maior extremitas ineſt minori extremitati; cum hoc tamen rectè ſtat minorem extremitatem poſſe reduplicari; & hæc de reduplicatione ſint dicta.

*Controuerſ. quinta ſuper eodem contex. 20.*

ADhuc eſt difficultas in ſententiã Ariſtotelis prædicta, in qua dixit quòd ſi diffinitio debet de aliquo demonſtrari, vt quid eſt, addendam eſſe particulam illã (vt qd eſt) maiori extremitati, & medio termino, ſeù vtriq; propoſitioni; Ex hoc Ariſtotelis dicto videtur poſſe colligi, quòd ad hoc, vt aliqua concluſio ſequatur, vel neceſſaria, vel contingens, oportet ambas præmiſſas eſſe neceſſarias, vel contingentes. Cuius oppoſitũ in Primo Priorum Cap. de miſtione propoſitionũ de neceſſario, & de ineſſe, vbi docet, ꝙ ex vna propoſitione de ineſſe & ex àlia de neceſſario ſequitur concluſio neceſſaria: Dicendum eſt Ariſtotelem ibi verũ

An concluſio inferenda ſit neceſſaria, an hæ præmiſſæ debeant eſſe neceſſariæ.

dicere

dicere, ſ. durante tali terminorum diſpoſitione per dictum de omni, & non quòd ſequatur concluſio ſimpliciter neceſſaria, immò ſi concluſio ſimpliciter, & abſolutè neceſſaria ſit inferenda, opus eſt ambas præmiſſas eſſe neceſſarias.

*Controuerſ. ſuper tex. 21.*

An vna diffinitio poſſit demõſtrari de diffinito per aliã diffinitionem.

Damnat Ariſtoteles Antiquos, & præcipuè Xenocratem qui demonſtrabat vnam diffinitionem de diffinito per alteram diffinitionem: Qui pariter Ariſtoteles videtur eſſe damnandus, cùm demonſtret diffinitionem materialẽ de diffinito per formalem, In Primo enim Poſt. Cap. 2. demonſtrat diffinitionem materialem demonſtrationis, quæ erat, demonſtratio conſtat ex veris, primis &c. per formalem, quæ erat, demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire; nihil ergo prohibebit demonſtrare vnam diffinitionem de diffinitio per alteram diffinitionem. Cuius tamen oppoſitum Ariſtoteles hic ſentire videtur, damnans Philoſophos antiquos: Dicerem hic Ariſtotelem loqui de definitione perfecta, quæ conuertitur cum definito, talis enim non poteſt demonſtrari per alterã diffinitionem abſq; petitione principij, cum vnius rei ſit tantum vna definitio perfecta, Cum hoc tñ ſtat diffinitionem materialẽ, quæ valdè

valdè imperfecti eſt, demonſtrari per formalem, quam demonſtrationem in hoc ſecundo Lib. vocat Ariſtoteles ſyllogiſmum Topicũ.

*Controuerſ. ſecunda ſuper contex. 21.*

VVlt Ariſtoteles fieri petitionem principij, cũ vna diffinitio demonſtratur per alteram, eo quòd idẽ ſunt; Ex qua ratione ſequitur in qualibet demonſtratione quæ fit in terminis conuertibilibus fieri petitionem principij, cum ſæpe numero in illa ſummatur ſubiectum, paſsio, ac diffinitio ſubiecti, quæ definitio ſubiecti, ac ſubiectum ſunt idem, immò & ipſum proprium ſecundũ Alex. & Simplicium eſt idem cum ſubiecto; ergo erit petitio principij. Erit reſpondendũ cum Simplicio. 8. Phyſ. in ſecunda parte digreſsionis cõtra Ioan. Gram. quòd in demonſtratione, quæ eſt in terminis cõuertibilibus, & ſi illi termini ſint idem; nequamquàm tamen fit petitio principij, eo q̃ præmiſſæ ſunt notiores concluſione, ſeù vnus terminus eſt notior altero, quæ petitio principij fiet cum idem ſint termini, & vnus terminus non ſit notior altero, Idcircò ſecundũ Simplicium erit hoc addendum verbum rationi Ariſtoteles, quòd termini ſunt idem ens, & ſecundũ rem, & ſecundũ rationem, vnaq; definitio nõ ſit notior altera; Ideò D. Thomas fortaſſe ad hoc

An demõſtratiò quæ eſt in terminis conuertibilibus petat principium.

hoc reſpiciens dixit in talibus his demõſtrationibus eſſe aliquã principij petitionem ſecundum rem, quia in illis aſſummuntur termini,qui idem sũt ſecundũ rem, non eſt tamẽ petitio principij quo adnos,& ſecundum rationem,cũ diffinitio ſecundum rationem ſit ipſo diffinito notior· Poſſumus adhuc dicere,quòd in demonſtratione, quæ fit in terminis conuertibilibus,accipitur medius terminus,vt cauſa paſsionis,quæ dicitur diffinitio ſubiecti·i.cauſa formalis ſubiecti,Cum autem cauſa qua cauſa ſit diſtincta à cauſato, Idcircò non fit petitio principij,quia non aſſummuntur illi termini vt idem ens, at duæ diffinitiones eiuſdem rei ex neceſitate accipiuntur vt idem ens,Ideò fit principij petitio.

*Controuerſ.prima ſuper tex.*23.

An inductio demõſtret.

Dicit primò Ariſtoteles, quòd inductio non demonſtrat; cuius oppoſitum videtur ab ipſo dictũ ſuprà contex. 11. dum dixit inductionem eſſe ſufficientem fidem ad probandum, Tum quia inductio ex neceſsitate concludere videtur,poſitis.n.ſingularibus,ex illis vniuerſale infertur ex neceſsitate. Dicerem ſuperius Ariſtotelem dixiſſe, inductionem facere ſufficientẽ fidem, alijs.ſ. ſuppoſitis rationibus, vel pró illa facere ſufficientem fidem; at ſimpliciter non

demonſtrat, Idcircò Ariſtoteles Primo Topicorum dixit, inductionem eſſe probationem conuenientem vulgaribus: Cum verò dicitur inductionem ex neceſsitate concludere vniuerſalem concluſionem ex ſingularibus. Dicerem, ad hoc vt inductio concludat conclusionẽ vniuerſalẽ debet omnia aſſummere ſingularia; Sed qa oĩa percurrere ſingularia alicuius vniuerſalis ferè ẽ impoſsibilẽ ideò ex neceſsitate non concludit; Sed ſtatim ingenioſus obijciet dicens; ſi hæc reſponſio aliquid concludit, tantum concludit inductionem dialecticam, ac ſophiſticam non concludere ex neceſsitate, eo quòd vt inferantur cõcluſiones vniuerſales his inductionibus debent aſſummi omnia ſingularia, in inductione verò demonſtratiua ſat eſt aſſummere tot ſingularia, ex quibus ſit euidens, prædicatum ineſſe ſubiecto, nec debent aſſummi omnia ſingularia, quia ſicut eſt de vno, ſic & de alijs; vt rectè fuit declaratum ab Auerroe. 2. Phy. & ideò Ariſt. 2. Coeli, ex eo quod luna eſt ſphærica, & cætera aſtra eſſe ſpherica demonſtrauit. Dicerem hoc non contingere ratione inductionis, ſed meritò materiæ, neceſſariæ Poſſem etiam aliter reſpõdere quæſito, & dicere inductionem ex neceſ-

ſitate

ſitatę inferre concluſionẽ vniuerſalẽ, ſed nõ ex neceſsitate ſyllogiſtica, eo quòd in plus eſt neceſſarium ſequi, quàm ſequi ſyllogiſticè, Ideò Ariſt. in tex. dixit, Nequè inducens demonſtrat .i. non concludit ex neceſsitate ſyllogiſtica.

*Controuerſ. ſecunda ſuper tex. 23.*

An ex diuiſione concludatur aliquid ex neceſsitate.

DIcit ſecundò Ariſtoteles ex diuiſione nos nihil concludere ex neceſsitate; Cuius oppoſitum ratio hæc demonſtrat omne animal eſt rationale, vel irrationale, omnis homo eſt animal ergo omnis homo eſt rationalis, vel irrationalis, hæc ratio ex neceſsitate concludit, & tamen eſt ſyllogiſmus diuiſiuus. Niſi ſit, quòd qui vtitur diuiſione intendit concludere vnum prædicatum determinatũ ineſſe ipſi ſubiecto, & aſſumit illud illi ineſſe, & non ex neceſsitate, Ideò quo ad hoc nec ſyllogiſmus eſt, nec pariter ex neceſsitate concludit: Atſi quis haberet reſpectum ad illum primum proceſſum, in quo infertur hominem eſſe animal rationale vel irrationale, tunc talis proceſſus poſſet dici ſyllogiſmus, at cum talis ſyllogiſmus determinatum nihil concludat, vt inutilis ſit propoſito Ariſtotelis.

*Controuerſ. 1. ſuper tex. 24.*

PRobat Ariſt. diuiſionem nõ demonſtrare prædicata ſimul ſumpta eſſe diffinitionẽ ſubiecti, eo quod in diuiſione tria contingunt errata, quæ notat illis verbis: (Amplius quid prohibet, aut addere aliquid, aut auferre; aut ſuperegredi ſubſtantiæ,) qui tertius error, vt ab omnibus exponitur, eſt cũ cum quis diuidendo omittit differentias vniuerſaliores, ſeu intermedias, & accipit particulares; ut exẽpli gratiâ, ſi quis diuidat. Animal per mortale, & immortale, omittens vniuerſaliores. ſ. rationale, & irrationale; Qui tertius error nullius videtur eſſe momenti; cum diffinitio conſtituatur ex genere, & vltima differentia, ſicut ipſe docuit Ariſt. 7. Metaph. igitur non erit abſurdum tranſgredi ſubſtantiam, ideſt omittere illas differentias intermedias, cum ille nequaquàm ad rei ſubſtantiam concurrant; Abſurdum fortaſſe non eſſet, ſi vltimæ rerum differentiæ nobis eſſent notæ; at quia pleruumq; ſunt nobis immanifeſtæ, idcircò eſt abſurdum omittere differentias illas intermedias, quia ex illis vnâ cum poſtremis vltimam circumſcribimus differentiam; ſicq; diffinitio ex illis conſtare dicitur.

An ſit error in diuiſione omittere differentias vniuerſaliores.

*Controuerſ. ſecunda ſuper tex. 24.*

An differentiæ prędicentur in q d

AD hoc, vt euitentur errata, quæ contingunt per diuiſionem, ponit Ariſt. hoc primum documentum; vt aſſumantur omnia in eo quod quid eſt, ideſt accipiantur differentiæ omnes, quæ de ſpecie diffinienda prædicentur in eo quod quid eſt. Cui præcepto obſtat Ariſtoteles Quarto Topicorũ verſus finem, vbi docet differentias prædicari in eo quod quale quid: Obſtat pariter, & ipſe Porphirius in Cap. de differẽtia, qui docuit differẽtiam prædicari in quale quid. Dicerem Philoſophum hic per prædicari in eo quod quid eſt intelligere idẽ quod eſt prædicari eſſentialiter; Sicq; differentiæ, cum ponantur in diffinitione rei, prædicantur per ſe de diffinito in primo modo dicendi per ſe; ac eſſentialiter: non autem intellexit differentiàs prædicari in eo quod quid eſt, ideſt per interrogationem factam per quid eſt, nec per modum ſubſiſtentis, cum tali modo differentiæ minimè prædicentur; ſed per formæ modum: Græci tamen expoſitores, vt Ioannes Grammaticus, ac Euſtratius dicunt Ariſt. voluiſſe differentias coniunctas generi prædicari in eo quod quid eſt, quia tales differentiæ tunc ſunt aut genera diffiniti, vel diffinitio; genus autem & diffinitio prædicantur in

co

eo quod quid eſt, vt ex Primo Topicorum clarum ſit, ideò, & ipſæ differentiæ hoc modo ſumptæ dicuntur prædicari in eo quod quid eſt. Quibus obſtat Ariſt. cum dicat aſſumenda eſſe omnia prædicata, non ſolum coniunctim; ſed ſeparatim, quæ prædicentur in eo quod quid eſt: ſicq; videtur aſſerere differẽtias prædicari in eo quod quid eſt, Prima igitur ſolutio eſt rectior.

*Controuerſ. ſuper tex. 25.*

COncludit Ariſtot. diuiſionem non eſſe ſyllogiſmum, quã cõcluſionem in verbis ſubſequentibus probat; circà quod dictũ ſolitus ſum dubitare, An diuiſio & ſi non ſit ſyllogiſmus poſsit ipſam diffinitionem manifeſtare, & per conſequens, an diffinitioni ſit vtilis; In hac enim re Ariſtot. ſibi ipſi non conſtare videtur, quippe qui in Primo Priorum Secto ſecundo verſus finem de methodo diuiſiua loquens, ait, ipſam nõ eſſe vtilem ad omnem inquiſitionem, neq; in quibus ſit vtilis videtur docere; Vt autẽ omnes enarrant interpretes, diuiſio nõ eſt vtilis diffinitioni, Tum quia, vt Alex. inquit: Si ignotæ nobis eſſent differentiæ conſtituentes ipſam diffinitionem; quo pacto diuiſione eas inuenire poterimus? Etiam hic Ariſtoteles omninò diuiſionem non manifeſtare diffini- An diuiſio ſit vtilis diffinitioni.

tionem, affirmare videtur, cum dicat diuidentem aſſumere talia prædicata vt opinatur, & ſic petere principium. Ex altera parte diuiſionem conferre diffinitioni teſtatur ſeptimo Metaph. text. 43. vbi hæc habet verba; Primum de diffinitionibus per diuiſionem conficiendis cõſiderare oportet, & quæ ſequuntur; ſupponit ergo ibi maximam diffinitioni vtilitatem afferre diuiſionem; Tũ quia in iſto Secundo docet Ariſtoteles venari diffinitionem ſpeciei per ipſam diuiſionem, demonſtratq; eam eſſe vtilem diffinitioni, eõ quod ea duce aſſumuntur prædicata in eo quod qd eſt, recteq; in diffinitione diſponuntur, ergo diuiſio erit diffinitioni vtilis; quòd nec ipſe Ariſtoteles in præſenti videtur negare, dum dicit, Diuiſio oſtendit aliquid, licèt non ſit ſyllogiſmus: Huic contradictioni ſic ſatisfacerem, quòd diuiſio duobus conſideratur modis, vno modo ſecundũ ſe ipſam, alio modo, vt ſupponit aliquam rerum cognitionem: quemadmodum & demõſtratio ſemper ſupponit aliquam cognitionem, & hoc ne proceſſus abeat in infinitum. Primo modo diuiſio non eſt vtilis diffinitioni, vt auctoritates, & rationes adductæ probant; Vt verò diuiſio aliquam rerum præſupponit cognitionem, vtilis eſt diffinitioni, ſicut aliæ rationes,

&

& auctoritates demonſtrant; ſicq; ſibi contrarius non erit Ariſt. cum enim reijcit diuiſionem tanquàm inutilem, cõſiderat diuiſionem per ſe nudam, vt verò eam admittit vtilẽ, conſiderat eam, vt præſupponit aliquam rerum cognitionem; quæ tamen diuiſio nõ eſt ſyllogiſmus ſicut Ariſtot. docet; Sed quæret ille. An diuiſio ſumpta; vt manifeſtat rerum cognitionẽ, manifeſtet nobis prædicata illa in eo quod quid eſt eſſe diffinitionem ipſius diffiniti; Equidem manifeſtat, eo quod nobis declarat talia prædicata in eo quod quid eſt conuenire ſubiecto; cum talia tantùm aſſumat, & omnia ſimul conuertantur cum diffinito: cum facta ſit diuiſio vſq; ad vltimam differẽtiam. Cumq; nobis ſit perſpicuum diffinitionem eſſe orationem explicantem quiditatem in eo quod quid eſt; non tamen per demonſtrationem talia prædicata eſſe diffinitionem ſubiecti demonſtrat.

*Controuerſ. ſuper tex. 27.*

Probat Ariſt. diffinitionem nõ poſſe demonſtrari de diffinito per diffinitionem diffinitionis; quam Themiſt. vocat ſyllogiſmum diffinitiuum; Cuius oppoſitum eſt dictum ab Ariſtotele Sexto Top. Eſt reſpondendum cum Alex. Aphrod. ibidẽ, qui hanc diluit contradictionẽ, quod ſi Ariſt. ibi con- cedit,

An diffinitio poſſit demõſtrari de diffinito per ſyllogiſmũ diffinitiuũ.

cedit,nos poſſe demonſtrare diffinitionẽ de diffinito per diffinitionem diffinitionis, id eſſe verum probabiliter, Cum verò hic dicat id minimè fieri poſſe, quòd loquitur demonſtratiuè. Hæc tñ reſponſio difficultates pati videtur:& quia Ariſtoteles aſſerit ipſius diffinitionis non eſſe demõſtrationem, neq; ſyllogiſmum;at ſi probabiliter poſſumus ſyllogizare diffinitionem de diffinito per diffinitionem diffinitionis,ipſius ergo diffinitionis erit ſyllogiſmus ; Tum quia illa ratio, in qua medius terminus eſt diffinitio, eſt demonſtratiua : ſed in tali medius terminus eſt diffinitio,igitur erit demõſtratiua. Crediderim Ariſtotelem velle ipſius diffinitionis non eſſe ſyllogiſmum, vel demonſtrationem, in qua non ſit petitio principij, nihil tamen prohibere ipſius eſſe ſyllogiſmum probabilem, cum quo ſtat petitio principij: Cum demum dicitur, quòd illa ratio,in qua medius terminus eſt diffinitio, eſt demonſtratio. Dico, quòd ſi medius terminus ſit diffinitio vera,& explicet cauſam, ob quam prædicatum ineſt ſubiecto,quòd vera eſt talis propoſitio ; ſed diffinitio diffinitionis non eſt talis,ſed tantùm eſt deſcriptio.

*Controuerſ. ſuper tex. 29.*

Cvm hic Ariſt. fateatur non poſſe diffinitio

nitionem vnius contrarij demonſtrari per diffinitionem alterius contrarij, repugnans ſibi videtur, cum Sexto Top. tradiderit hoc præceptū, ad probandū vnius cōtrarij diffinitionē per diffinitionē alterius cōtrarij, igitur ex eius ſentētia licebit, vnius cōtrarij diffinitionem demōſtrare per diffinitionem alterius contrarij. Niſi dicamus Ariſt. hic voluiſſe diffinitionem vnius contrarij minimè poſſe demonſtrari per alterius cōtrarij diffinitionem citrà petitionem principij. Sextò verò Top. aſſeruiſſe nos pbabiliter poſſe demonſtrare diffinitionem vnius cōtrarij ineſſe diffinito per alterius cōtrarij diffinitionē, cū qua probabilitate ſtat principij petitio; nō video quo pacto Ariſt. ab hac calumnia poſſit defendi; Si aūt quis ſtudioſus quærat, quo pacto fiat talis petitio principij; cum ſupponamus diffinitionem vnius cōtrarij tanq̃ manifeſtam, & ea duce oſtendamus alterius cōtrarij diffinitionē, quæ vt ignota ſupponitur. Sed quia nō eſt maior ratio, quòd diffinitio vnius contrarij ſupponatur manifeſtà, altera verò ignota, quàmècontrà, cum æqualiter diffinitio vnius contrarij declaretur ex diffinitione alterius contrarij, ideò hac rōne fit petitio principij vt hic Ariſt. docet.

An diffinitio vnius contrarij poſſit demōſtrari de diffinito per diffinitionē alterius contrarij.

Con-

*Controuerſ. ſuper tex.* 31.

An diffinitio poſſit ſenſu demonſtrari.

Negat Ariſtot. diffinitionem poſſe ſenſu demonſtrari, Cuius oppoſitum videtur velle Ariſt. 6. Metaph. tex. 1. vbi voluit ipſum quid eſt fieri dilucidũ per ſenſum. Reſpondetur, quòd aliud eſt declarare hoc eſſe alicuius quid eſt, & aliud eſt per ſenſum deuenire in cognitionem pdicatorũ, quæ conſtituũt qd est; Ex ſẽſu minimè poſſumus vt ait hic Ariſto. demonſtrare hanc eſſe illius diffinitionem; ipſum tamen quid eſt. i. prædicata, quæ conſtituunt ipſum quid eſt ducè ſenſu poſſunt nobis fieri manifeſta.

*Controuerſ. ſuper tex.* 32.

An ipſius non entis ſit quid nominis.

Ait Ariſt. ipſius non entis eſſe quid nominis, non aũt quid rei. Cui ſententiæ ratio videtur repugnare; cùm. n. ipſum quid rei, qđ eſt diffinitio nil aliud explicet, q̃ id, quod importatur per nomen, hoc idẽ præſtat quid nominis; ergo ſi non entis eſt quid nominis, etiam ipſius erit quid rei; Satisfacerem ſic, ipſum quid rei explicare id eſſentiale, quod importatur per nomen, at quid nominis tantummodò ethimologiam nominis, ideò non ſequitur; quòd ſicut non entis eſt quid nominis; ita etiam ſit quid rei; Sed adhuc dicet ille, Nomen eſt vox

ſigni-

ſignificatiua, vt ab Ariſtotele Primo Perhier. Cap. de nomine habetur, pariter &. 4. Metaph. contex. xj. vbi Ait Ariſtoteles nomen ſignificare quid, & vnum, qui igitur fieri poteſt, vt ipſius non entis ſit nomen. Dicerem quòd nomen verè ſignificat quid, & vnum vt loco citato voluit Ariſtot; at impropriè nomen dicitur ſignificare, quatenus ſignificat aliquid quod non eſt; ſicut opinabile ſignificat aliquid quod tamen non eſt, ſicq; ipſius non entis dicitur eſſe nomen, ac ſignificatum nominis.

*Controuerſ. ſuper tex. 37.*

Diuidit Ariſtoteles cauſam.i. definitionem, quòd alia eſt eadem cum diffinito, alia eſt diuerſa.s. à diffinito; At ſupra tex. 20. diffiniens diffinitionem, dixit eſſe proprium, quod prædicatur in eo quod quid, quod conuertitur.s. cum diffinito ſi ſic non dabitur ergo diffinitio diuerſa à diffinito, quare Ariſt. ſibi videbitur repugnas. Dicendum eſt, quòd dupplex eſt diffinitio, alia perfecta, & hæc eſt propriũ quòd prædicatur in eo quod quid eſt, quod conuertitur; alia eſt imperfecta, & hæc non conuertitur. Si autem quis quærat, quæ ſit diffinitio perfecta, & quæ imperfecta, Erit dicendum cum Ioan. Gramatico, quòd definitio perfecta eſt formalis,

An det diffinitio diuerſa à diffinito.

malis, quia hæc eſt tota eſſentia diffiniti; Imperfecta verò eſt materialis, quia materia nõ eſt eſſentia rei diffinitæ, & ideò diffinitio materialis demonſtratur de diffinito per formalem dicit Ioannes; Sed dicet ille, ſi materialis diffinitio eſt imperfecta, & demonſtratur per formalem de diffinito, igitur diffinitio materialis erit concluſio; at Ariſt. infrà tex. 49. & in ſubſequentibus docebit per vnum quodq; genus cauſæ licitũ eſſe demonſtrare; ergo diffinitio materialis erit medium, & per conſequens principium in demõſtratione; quomodo ergo eſt concluſio; Dicendũ eſt quòd cauſa materialis ſi conſideretur in reſpectu cauſæ formalis, ſic ſemper eſt concluſio quæ demum ſi conſideretur in reſpectu ſui effectus, tunc eſt principium.

*Controuerſ. ſuper tex. 38.*

An i ſyllogiſmo topico ſit petitio pricipij.

Concludit Ariſ. ꝙ cum quis demonſtrat cauſam materialem per formalẽ de diffinito, non eſt demonſtratio; quia petit principium, ſicut eſt prius dictum, ſed ſyllogiſmus topicus, ex his videtur ſequi petitionem principij eſſe in ſyllogiſmo topico, cuius oppoſitum ipſe docet Octauo Topicorum. Dicimus ꝙ petitio principij eſt dupplex, altera manifeſta, & eſt illa, quæ aſſumit id, quod eſt probandum, quæ principij petitio

tio deſtruit oẽm ſyllogiſmũ, & demõſtratiuũ, & topicũ; Alia eſt principij petitio inmanifeſta, quæ ꝓcedit ex æquè notis, quæ non eſt moleſta ſyllogiſmo topico, ſed benè deſtruit demõſtratiuũ; cũ in demõſtratiuo nulla poſſit eſſe nec manifeſta, nec inmanifeſta, quam inmanifeſtam non negat Ariſt. poſſe eſſe in ſyllogiſmo topico.

*Controuer. prima ſuper tex. 39.*

Svppoſitũ hoc facit Ariſt. ꝙ ſicut in quæſtionibus cõpoſitis; ſic etiã in ſimplicibus at in cõpoſitis impoſsibile eſt habere pp qd ignorato qa eſt, ſic in ſimplicibus eſt impoſsibile ſcire qd eſt, ignorato ſi eſt. Primo dicto videtur Ariſt. repugnare Primo huius cõtex. 101. vbi inqt, ꝙ ſciẽtiæ ſuperiores ſæpe ſciũt pp qd, & ignorant ipsũ qa. Secũdo dicto ratio videtur obſtare, poſſumus .n. ſcire qd eſt & ignorare ſi eſt, vt in exẽplo poſſumus ſcire, quid eſt roſa, & ignorare ipſum ſi eſt, Solutio primæ eſt, ipſum propter qd dupliciter conſiderari, vno modo vt applicatur effectui, alio modo vt cauſa eſt, Primo modo eſt impoſſibile ſcire pp quid, ignorato quia eſt, at ſecũdo modo poſſumus ſcire pp qd ignorato ipſo qa; Soluitur ſecũda, impoſsibile eſſe ſcire perfectè quid eſt ignorato ſi eſt, poteſt tamen ſciri per auditum, & imperfectè.

An ipsũ propter quid poſſit ſciri, ignorato ipſo ſi eſt.

*Controuerſ. ſecunda ſuper contex. 39.*

An accidétia cõferát ad cognitionem ipſius quid eſt.

PRopè finem iſtius contex. dicit Ariſtot. & præcipuè iuxtà Expoſitionem Ioannis, q̃ ea, quæ ſunt per accidens, non conferre ad cognitionem quid eſt; Oppoſitũ ab ipſo habetur Primo de anima tex. 11. vbi ſcriptum reliquit. Accidentia magnam partem conferre ad cognoſcendum quod quid eſt, q̃ & ratione confirmatur Subſtantiæ enim, quæ ſenſibus ſubijciuntur, ex accidẽtibus ſolummodo cognoſcuntur: accidentia igitur conducent nos in rei cognitionem. Omiſſa ſolutione data à Themiſtio, & Ioanne Grammatico ibi Primo de Anima, Dicerem nũc Ariſtotelem velle ex accidentibus nos non cognoſcere quid eſt, itaq; ex accidẽtibus immediatè inferamus propoſitum; at Primo de Anima ita intelligit, accidentia ducere nos in cognitionem rei, ſeù ipſius quid eſt non immediatè, ſed per quemdam diſcurſum.

*Controuerſ. 1. ſuper tex. 48.*

An ordo in cauſis ſit rectus

ENnumerans cauſas hic præponit formalẽ ipſi materiali; at in Secundo de Phyſ. Aud. materialem ipſi formali præmiſit, quo circà in ordine iſto repugnans ſibi videtur Ariſtoteles. Saluando Ariſtotelem dicimus id ab ipſo ratione eſſe actum, hic præponit formalẽ materiali, quia ſuperius habuit

ſermonem

ſermonem de diffinitione, quæ eſt cauſa formalis, at in 2. Phyſ. prius declarauit materialem, quia cauſa materialis eſt ſubiectũ, & fundamentum omnium rerum, præponit etiam cauſas intrinſecas ipſis extrinſecis, vt ſignificet demonſtrationes, quæ fiunt per intrinſecas, eſſe potiores, præmittit etiam efficiens finali, quia efficiens præcedit finem, qui in re eſt, & in exemplis dicet, Cur homo ambulat? cauſa eſt, vt acquirat ſanitatem, ex quo exemplo patet efficiẽs præcedere finem, qui eſt in re.

*Controuerſ. 2. ſuper tex. 48.*

Deſcribit cauſam materialem iſtis verbis (quibus exiſtẽtibus neceſſe eſt hoc eſſe) ſibi repugnare videtur 2. Phyſ. tex. 18 vbi pariter deſcribẽs materiam, loquitur in ſingulari, & dicit; Ex quo fit aliquid cum inſit; non autem in plurali ſicut hic; Inſuper ſibi adhuc videtur repugnare ibidem in 2. Phyſ. verſus finem, vbi declarans in quo maximè reperiatur neceſſitas, dixit in fine ſimpliciter inueniri. Sunt duæ ſolutiones, vna eſt Auerrois hic Com. 48. qui ſic exponit verba Ariſt. Quibus exiſtentibus neceſſe eſt hoc eſſe, idest materia eſt, addit q; explicauit materiam in numero plurali, vt innueret ſe nõ intelligere de materia prima, quæ omnium eſt

*an cauſa materialis ſit ab Ariſt. rectè deſcripta.*

vna,ſed de proximis, quæ materiæ proximæ ſunt multæ, exempli gratia partes ſimilares ſunt materiæ proximæ partium organicarũ; prætereà partium ſimilarium materiæ ſunt elementa,in ijs omnibus materiæ proximæ ſẽper ſunt multæ,ideò Ariſt. dixit,quibus exiſtentibus neceſſe eſt hoc eſſe, quia materijs proximis exiſtẽtibus diſpoſitis, neceſſe eſt in ijs materijs eſſe formam,quare neceſſe eſt etiam eſſe compoſitum. Euſtratius aliter reſpondet,qui vult Ariſt. declarare materiã nõ vt ſpectat ad naturalem; Sed vt ad Logicum, ſicq; eam in præſenti diffinit, cum etiam dixerit, neceſsitatem ſimpliciter in materia nõ reperiri,loquutus eſt de materia naturali,quã neceſsitatem admittit in materia pertinente ad Logicum.

*Controuer. j. ſuper tex. 49.*

An Mathematicus conſideret materiam.

Declarans per exempla, quomodo liceat per vnum quodq; genus cauſæ demõſtrare, primo exemplificat in genere cauſæ materialis, datq; exemplum in mathematicis, quo probat angulum in ſemicirculo eſſe rectum, aſſumpto pro medio termino, dimidium duorum rectorum, ita quòd ſic fiat demonſtratio, omne dimidium duorum rectorum eſt angulus rectus, angulus qui eſt in

ſemi-

ſemicirculo eſt dimidium duorum rectorum, ergo angulus in ſemicirculo eſt rectus; demonſtratio hæc eſt ex cauſa materiali, quia dimidium duorum rectorum eſt materia anguli recti in ſemicirculo, Ex quibus ſequitur mathematicum conſiderare materiam; Cuius oppoſitum pluries dixit Ariſt. vt Primo huius tex. 80. 2. Phyſicorum tex. 18. 6. Meth. tex. 2, ac 7. Metaph. Dicẽdum eſt quòd cauſa materialis eſt duplex, alia ſenſibilis, alia intelligibilis, materia ſenſibilis eſt illa, quæ vnà cum quantitate concernit qualitates, à qua tali materia mathematicus abſtrahit; alia eſt materia intelligibilis, & eſt quodlibet magis commune reſpectu minus communis, vel vt partes totius, à qua materia intelligibili minimè mathematicus abſtrahit, immò per illam mathematicum diffinire Ariſt. concedit.

*Controuerſ. 2. ſuper eod. tex. 49.*

An ſit verum cauſam materialẽ coincidere cũ formali.

IN fine iſtius contex. videtur dicere Ariſtot. cauſam materialem coincidere cum formali: Cuius oppoſitum 2. Phyſ. habet. Dicendum eſt Ariſt. hic loqui in Mathematicis, dum dicit; Hoc autem .ſ. medium, quòd dictũ eſt eſſe causã materialẽ recti, idẽ eſt ipſi ꝙ qd erat eſſe .i. ipſi formæ; In Phyſicis verò ſecus eſt, & ſic in 2. Phy. eſt loquutus: Sed

dicet

dicet ille, quæ eſt cauſa diuerſitatis, quòd in Mathematicis materia coincidat cum forma, in Phyſicis nequaquàm. Reſpondendum eſt, quòd in Mathematicis materia coincidit cum forma, quia Mathematicus nihil demonſtrat per cauſam formalē, quæ eſt altera pars compoſiti, & quæ dat eſſe ipſi cōpoſito, ſeù quæ perficit materiam, vt facit Phiſicus, ſed Mathematicus tantum conſiderat materiam declarantem rem, quæ cum forma coincidit, qa hæc talis materia rem declarans, etiam forma dici poteſt.

*Controuerſ. 1 ſuper tex. 51.*

An cauſa efficiens, & finalis adinuicē demonſtrētur.

DIcit Ariſtoteles mutuam reciprocationem fieri poſſe inter cauſam efficientē, & finalem, adeò quòd per cauſam efficientem poteſt demonſtrari cauſa finalis, & econtrà cauſa efficiens per finalem. Ex quibus manifeſtè colligi poſſe videtur, in demonſtratione dari regreſſum; Cuius oppoſitum Cap. 3. huius Primi ab ipſo eſt dictū; Pro nunc dicerem, dari regreſſum nihil repugnare, cuius vnus proceſſus ſit ab effectu ad cauſam, alter verò econtrà à cauſa ad effectum; pariter non eſſe inconueniens dari regreſsū, cuius vnus proceſſus ſit in vno genere cauſæ, alius verò in alio cauſæ genere, nec vllo modo ſequitur idem eſſe caaſam ſui ipſius: at

ille

ille regreſſus. Cuius vterq; proceſſus eſt ab eadem cauſa non datur, quia tunc ſequeretur idem eſſe ſui ipſius cauſam; At ſuprà in Primo huius diffuſius difficultas hæc fuit examinata.

*Controuerſ. ſecunda ſuper eodem tex. 51.*

VIdetur dicere Ariſt: Non eminere cibos in ore ventriculi eſſe diffinitionẽ ſanitatis: nam dicit in fine tex. ( Hoc autem eſt veluti illius ratio) Quæ ſententia tunc erit repugnans Galeno, & Auic. cum quilibet ipſorum aliter diffiniat ſanitatem, vt videre eſt à Galeno in principio Artis Med; & ab Auic. in principio Primi Canonis; Niſi ſit, quòd Ariſt: hoc in loco per rationẽ minimè intelligit diffinitionem, ſed cauſam, ſicq; inquit non eminere cibos in ore ventriculi eſſe rationem ideſt cauſam ſanitatis; non autem eſt affirmandum eſſe eius diffinitionem.

An diffiniatur ſanitas recte.

*Controuerſ. 1. ſuper tex. 56.*

VErba Ariſt: ſunt hæc, (Eadem autem cauſa eſt in ijs, quæ fiunt, & factis, & futuris;) Cuius oppoſitũ ratio dictat; Nã iſtius effectus nempè Cartaginis deſtructæ fuit vna cauſa, ergo ſi nunc eſſet ob eãdem cauſam deſtrueretur, non ſequitur; Niſi ſit, q. Ariſtoteles loquitur de cauſis, quæ ſimul

An in ijs quæ fiunt factis, & futuris ſit eadẽ cauſa.

ſunt cum effectu, non autē de ijs, quæ non ſimul ſūt cū effectu, de quibus ratio concludit. *Controuerſ. ſuper tex. 74.*

An nomina tranſpoſita varient ſenſum.

INquit Ariſtoteles diuiſionem conferre ad prædicata diffinitionis debito ordine collocanda, eſt enim cauſa quod differētiæ non præponantur generi, quia multum differt dicere, Animal manſuetū, & manſuetum animal. Oppoſitum habetur ab ipſo Ariſtotele in Tertia Sectione Lib. Perhyer: vbi ſcriptum reliquit, Nomina tranſpoſita non variare ſenſum; Dicimus Ariſt. hic loqui in diffinitione; at in loco allegato ſermo eius erat in Enunciatione, in ea enim nomina tranſpoſita minimè variant ſenſum, qui demū in diffinitione variatur, ſi nomina tranſponantur, & diuerſitatis cauſa eſt, quia in diffinitione ſemper ſeruandus eſt ordo naturæ, vt magis vniuerſalia præponantur minus vniuerſalibus, ſeruanda quoq; eſt claritas quæ duo Ennuntiatio non poſtulat.

*Controuerſ. ſuper tex. 81.*

An Alcibiades, Achilles, & Aiax fuerint magnanimi.

INquit Ariſtoteles Alcibiadē, Achilem, & Aiacem fuiſſe magnanimos, quia iniuriati noluerunt pati iniurias: Difficultas eſt quo modo Aiax fuerit magnanimus, quia cum magnanimitas ſit virtus, ex virtute autē non proficiſcatur niſi bonū, & interficere ſe

ipſum

ipſum non ſit bonum, cum qui ſeipſos interficiunt non ſint digni ſepultura ex communi ferè omnium Philoſophorum ſententia, Aiax ergo magnanimus dici minimè poterit; cum ſe ipſum interfecerit. Rurſus dicit Ariſt. Socratem. & Liſandrum fuiſſe magnanimos, quia æqualiter ſe habebant in proſperis, & aduerſis, non enim in proſperis ſe extollebant, nec in aduerſis ſe ſubmittebant; Dubium eſt qui horum ſint magis laudandi, an primi tres dicti, an Socrates, & Liſander. Rurſus ex dictis ab Ariſtotele colligitur quòd magnanimitas non eſt genus vniuocũ. Cuius oppoſitum videtur affirmare Ariſtoteles. 4. Ethicorum Cap. 7. vbi diffinit quid ſit magnanimus, & dicit quòd eſt ille, qui magnis ſe dignum eſſe iudicat, non ergo erit quid æquiuocũ, ſed vniuocum cum eius ſit diffinitio; Reſpondetur, quòd Magnanimitas eſt virtus, & quòd pariter ex virtute non proficiſcitur niſi bonum; at Aiax ſi ſe ipſum interficit, id ex magnanimitate factum non fuit; ſed ex ſua prauitate, & malo diſcurſu; ſed dictus fuit Magnanimus quo ad hoc tantum, quia pati noluit iniurias: & hæc talis Magnanimitas eſt magis laudanda, quàm illa Socratis, & Liſandri; ſicut colligitur ex deſcriptione ſumpta ex Ethimologia nominis

inis Magnanimi data ab Ariſt. 4. Ethic. Cap. 7. præcitato, vbi dicit, Magnanimitatē verò circà magna verſari ex ipſo nomine conſtat; cum igitur ibi magnanimitas deſcribatur iuxtà ſui nominis Ethimologiam, nequāq̄ diffiniatur, minimè ſequetur magnanimitatem eſſe genus vniuocum.

*Controuer. prima ſuper tex. 82.*

An à ſingularibus ad vniuerſalia ſit procedendum.

Dicit Ariſtotel. (Qua propter oportet à ſingularibus ad vniuerſalia tranſire,) Cuius oppoſitum ab ipſo colligitur in principio Primi Priorum, vbi ait, prius dicendum eſſe de ſyllogiſmo, quàm de demōſtratione, quia ſyllogiſmus eſt demonſtratione vniuerſalior: Idem ab ipſo colligitur in Primo phy. tex. 57; ac tertio eiuſdē tex. 1. quam eādem ſententiam voluit Primo de Partibus Animal. vbi ſcriptū reliquit, à magis vniuerſali ſemper eſſe incipiendum, cuius dicti aſsignauit hanc rationem; Ne eiuſdem rei bis fiat repetitio; Clarius autem idē voluit Primo Phy. tex. 4; Huius difficultatis ſolutio colligitur ab Ariſtotele hic ex ſuis ſubſequentibus verbis, in quibus habet, In vniuerſalibus enim latent æquiuocationes: Solutio igitur hæc erit, à ſingularibus. i. à minus vniuerſalibus ad magis vniuerſalia eſſe tranſeūdū quotieſcūq; magis vniuerſale ſit

ſit æquiuocum, quod ſi non ſit æquiuocum tunc à magis vniuerſali ad minus vniuerſale erit procedendum, & eò maximè ſi non ad fuerit aliquod impedimentũ; Poſſumus etiã dicere ſemper à magis vniuerſali eſſe incipiendum. s. in ſcientijs totalibus, è contra verò à ſingulari. i. à minus vniuerſali ad magis vniuerſale eſt tranſeundum in ſcientia partiali, & ſic in præſenti loquitur, de quadam enim re fuit ſermo eius, vt de magnanimitate, pariter de ipſo ſimili dedit exemplũ, & de acuto, quæ ſi quis voluerit diffinire primo vnumquodq; illorum diffiniet in particulari diffiniendo ſimile in coloribus, & ſimile in figuris, ex quibus colliget diffinitionem ſimilis vniuerſaliter accepti, ſic quoq; prius diffiniet acutum in voce, acutũ in ſapore, acutum in enſe, ex quibus procedendum erit ad diffinitionem acuti vniuerſaliter aſſumpti, ſicq; ſemper loquitur hic de re quadam.

*Controuerſ. ſecunda ſuper eodem tex. 82.*

CVm dicat Ariſtoteles in genere latere æquiuocationes, ſibi videtur contrarius hic, & in 4. Topicorum, vbi ſcriptum reliquit, genus quodlibet ſub ratione, qua genus eſſe vniuocum. Dicerem in genere ſub ratione qua genus minimè æquiuo- An in genere lateant æquiuocationes.

cationes latere, ſed benè in illo communi, quod quis putat eſſe genus, & non eſt, in illo tali æquiuocationes latent, ſicq; Ariſtoteles hic eſt intelligendus, pariter, & in 7. Phy. dum dixit in genere non eſſe faciendã comparationem, dicerem ibi loqui de illo communi, quòd quis putat eſſe genus & non eſt, in illo tali non debet fieri comparatio.

*Controuerſ. ſuper tex. 84.*

An in diffinitione liceat vti metaphoris.

Concludens Ariſt. totam ſuam diſputationẽ de diffinitione, vniuerſale præceptum hoc tradit, quòd in ea inueſtiganda & tradenda nõ eſt opus vti metaphoris, quemadmodum nec in demonſtratiua ſcientia, cum & illa diffinitione cõſtet. Quibus metaphoris ipſe Ariſtoteles ſæpius vtitur, vt in Primo Phy. tex. 81. declarans naturam materiæ primæ, & quo modo formã appetat, metaphoris vſus eſt dicens, eam appetere formam ſicut turpe pulchrum, & fœmina maſculum; Pariter, & in 3. de Anima contex. 14. declarans naturam animæ intellectiuæ, ſeu intellectus poſsibilis, ipſum aſsimilabat tabellæ raſæ, in qua nihil eſt deſcriptũ, quare ſuorum præceptorum immemor videbitur, cum ea non ſeruet. Reſpondendum erit cum Alexandro Aphrod. in Primo Priorum verſus principium, vbi dixit, quòd quando aliqua

aliqua res eſt adeò difficilis, quòd non poſſit per eſſentialia declarari, tunc poſſumus vti metaphoris cum illæ eam reddant manifeſtam, at ſi metaphoræ reddant rem obſcuram, minimè licet illis vti, pariter nec in diffinitione illis erit vtendum.

*Controuerſ. ſuper tex. 106.*

An ſenſus ſit ipſius vniuerſalis.

DVm hic dicit Ariſtoteles, quòd ſenſus eſt ipſius vniuerſalis, vt ipſius homnis videtur ſibi contrarius, cũ Primo Phy. tex. 49. dicat oppoſitum nempè quòd ſenſus eſt ipſius ſingularis, quam eandem ſententiam affirmat Secundo de Anima contex. 60. dicens quoniam ſingularium quidem ſecundũ actum ſenſus eſt: Poſſumus dicere ſenſum eſſe ipſius vniuerſalis .i. ex ſenſu fit vniuerſale, ſed confusè; Vel poſſumus dicere ſẽſum eſſe ipſius vniuerſalis meritò obiecti, obiectum enim ſenſus eſt vniuerſale; eſt verò ipſius ſingularis ratione operationis, nam quod appræhenditur ab ipſo ſenſu eſt ſingulare;

*Conrouerſ. ſuper tex. 107.*

An habitus intellectus quod ſẽper ſũt veri ſint tantum duo.

DIſtinguens habitus Ariſtoteles, dicit, quòd alij ſunt ſẽper veri, alij verò ſũt veri, & falſi, qui ſemper veri ſunt, duo eſſe affirmat ſcientiam & intellectum; Oppoſitum dicit. 6. Ethicorum Cap. 4. vbi vult

quòd habitus, qui ſemper ſunt veri, ſũt quinq;. Soluitur q, habi us qui ſemper ſunt veri ſunt in duplici diſcrimine, nam quidam ſunt ſemper veri, vel ratione ſui, vel ratione materiæ cui applicantur, quidam verò ſunt habitus ſemper veri ratione vtriuſq;, & ex parte ſui, & ex parte materiæ cui applicantur; Habitus, qui veritatem habent ex utraq; parte, & ex ſe, & ex parte rei, ſunt duo ennumerati in tex. qui verò habent veritatẽ ex ſe tantum, vel ex re ipſa ſunt quinq; ennumerati Sexto Ethic. Cap. 4.

FINIS.